CLARORVM VIRORVM

EPISTOLAE

QVAE

INTER CICERONIS EPISTOLAS

SERVATAE EXSTANT

IN VNVM VOLVMEN REDACTAE

ET

DVPLICI COMMENTARIO ILLVSTRATAE

A

BENIAMIN WEISKE

A. M.

SCHOLAE PORTENSIS COLL. III.



LIPSIAE 1792.

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

PRAEFATIO.

Has *clarorum virorum*, vt eas appellare viſum eſt, *epiſtolas* aliquando ſeparatim edi, atque ita ſaltem, vt Ciceronis epiſtolae ſolent, non incommodum erat; vt iure quis miretur, ſi nemo ad hunc vsque diem, inter tot ſcriptorum veterum editores, quibus nuper abundabamus, eam rem ſuſcepit, et ſuo quocunque conſilio has epiſtolas ſine Tullianis edidit. Me vero quid ad hunc laborem ſuſcipiendum maxime impulerit, et quas ego vtilitates ex iis peti velim, in Diſſertatione epiſtolis praemiſſa demonſtraui. Reſtat, vt hoc loco de externa libri, maximeque commentariorum forma, et de ſubſidiis quibusdam dicam, quibus ad librum hunc melius exornandum vti mihi contigit.

E Ciceronis tantum operibus, nec aliunde colligendas eſſe iudicaui epiſtolas, quae cum Ciceronianis conferri poſſent. Nam ſi quae aliae ex illa aetate

* 2 reſtant,

reſtant, quae certe perpaucae ſunt, eae vel non ſunt integrae, vel manifeſto fictae, vel ita ſaltem ſcriptae, vt illud hic valeat, quod Cicero ad diu. XV. 21. dicit: *aliter ſcribimus, quod eos ſolos, quibus mittimus; aliter, quod multos lecturos putamus:* quod rationibus noſtris non erat accommodatum. Neque alia fuit cauſſa, cur Hirtii vnam ex epiſtolis ad Atticum excerperem, alteram quamuis pulchram, quae apud Caeſarem legitur, (B. G. VIII. 1.) ad hoc opus non pertinere exiſtimarem. Sed, vtcunque ſe res habet, illud certe nemo improbabit, quod certos colligendi fines mihi ponere volui, neque committere, vt mihi ipſe ſatis conſtare non poſſem. Ceterum ex inſtituti noſtri ratione cum non tam hiſtoriam illorum temporum aliasue res in epiſtolis tractatas, quam rerum tractationem et genus ſcribendi cuiusque auctoris proprium cognoſci et diiudicari cuperem, non multum intererat, quo ordine ſinguli earum auctores ſeſe exciperent, niſi forte Homericam aciem in iis collocandis imitari vellem. Itaque ordine alphabetico eos poſui, vel nomen eorum vel cognomen ſecutus, prout ipſi epiſtolas ſuas inſcripſerunt. De ſingulorum auctorum ingenio et oratione breuiter diſſerui: quae iudicia

dicia ſiue *coniecturae*, vt verius appellari poterant, vereor vt intelligentibus probentur. Verſati ſumus in re obſcura: ſubſidia habuimus perpauca; in auctoribus non paucis plane nulla, vt in his omnia cogitatione noſtra perſequi, aut de iis plane tacere neceſſe eſſet. Verumtamen cum ea res vel maxime ad inſtitutum pertineret, ſingulis teſtimonium, ſi minus verum, at quoad poſſem, et optima certe fide, impertire volui. Singulis epiſtolis praepoſui argumenta, eaque maximam partem plenius et accuratius indicata, vt in analyſi earum aliquis vſus eſſet: quam in rem etiam paragraphos melius et ex rerum ordine et nexu diſtinxi; in qua tamen re commodior vſus animaduerſionum, et, quod Bengelius ſuo tempore recte contemnere poterat, ipſum oculorum iudicium paſſim aliud ſuaſit, ita vt eos interdum anguſtiores aut ampliores conſtitueremus, quam epiſtolarum partes poſtulare viderentur.

Quod ad commentarios attinet, ab initio hanc rationem inire volebam, vt textum ex recenſione Erneſtiana intactum ſeruarem, et, locis difficilioribus breuiter explicatis, analyſin eo copioſiorem ſubiungerem. Sed cum in ipſa elaboratione

viderem, quam iniurius essem in epistolarum aucto-res, et quam saepe de casu et errore in alterutram partem differerem, cum virorum prudentium vellem diiudicare verba: lectiones complures ad examen reuocare coepi; et, aliorum exemplis audentior paullo factus, quaedam etiam noua in textum recepi, et id quidem eo iustiore, quae mihi quidem videbatur, de caussa, quod, nisi hoc facerem, cum vmbris et laruis non raro pugnarem. In coniecturis hanc in rem proferendis plus, non mihi, sed rei, indulsi, quam summorum virorum exemplo fieri debebat, sed minus fortasse, quam oportebat. In eo autem magis, quam iidem, mihi temperaui, ne quid sine grauissimis caussis contra auctoritatem librorum in textum reciperem. Aliorum coniecturas non ideo rarius attuli, quod meas praeferrem, sed quia locos ab illis neglectos tangere, quam alienis repetendis vlcera intra cutem relinquere malui. Distinxi autem has animaduersiones criticas asterisco, vt is, qui nollet talia legere, eo facilius reperiret, quae sibi transeunda essent. In *explicatione* verborum et rerum, a qua, vt a potiori parte, priorem commentarium denominaui, ea recte praetermisi, quae e Lexicis, e Claui Cic. Er-

nesti,

neſti, et compendiis antiquitatum Romanarum peti facile poſſent, aut eadem quam breuiſſime attuli, vt in reliquis locis, quorum difficultates alii quacunque de cauſſa tranſiſſent, copioſior eſſe poſſem, neque tamen liber vltra modum accreſceret. Ab explicatione ſeparandam eſſe cenſui *analyſin*, quam ita fere inſtitui, vt cum totam epiſtolarum οἰκονομίαν, tum etiam ſingulas ſententias et verba ad iudicium reuocarem, et quid probandum imitandumque videretur, aut ſecus, exponerem. Hac in re quam difficile ſit non modo aliis, ſed ſibi ipſi ſatisfacere, conſtat. Quamobrem, vt non inique feram, ab aliis aliter de plerisque ſtatui, ita ſpero, lectores non nimis inique laturos, ſi qua videbor vel perperam, vel nimis *confidenter* in alterutram partem pronunciaſſe. Pluribus rationem meam in ſubiecta diſſert. pag. 15 excuſaui. Res eo deducebat, vt ea, quae huc potius pertinent, illuc coniicerem. Quare, ſi quis volet, illa cognoſcat.

Ad ſupellectilem criticam venimus: quae nobis contigit tanta, quantam vellemus, ne a conſilio primario huius libri aberraremus, et ad cogitationem alienam abſtraheremur. Habuimus autem, praeter editiones epp. Cic. huius et ſuperioris ſe-

culi meliores, commentarios Hubertini Cresc. et Ascensii, sed vitiose expressos in editione Veneta 1589; vt in iis tantum locis eorum auctoritati aliquid posset tribui, in quibus error typothetae portenti instar esset. Meliorem operam nobis praestiterunt excerpta e codice Gorliciensi, quae nobis sua manu ad marginem Graeuiani exempli enotata vltro obtulit Vir illustris *Geisslerus* SERENISS. DUCIS GOTHANI a consiliis aulicis et Bibliothecarius superior, qui, insigni nos complexus beneuolentia, cum in Schola Portensi Rectoris munere fungeretur, nunc a nobis disiunctus eundem fauorem nobis praestare pergit. Idem obtinuit, vt nobis e bibliotheca CAPITVLI MAGDEBURGENSIS vir Celeberrimus *Funccius*, Sacri Senatus Consiliarius et Rector illius Gymnasii meritissimus singulari benignitate codicem epp. Ciceronis ad diu. crederet. Hunc codicem, quoniam cum editis nondum, ad publicos quidem vsus, collatum videbam, totum cum Graevii textu contuli.

Codex est chartaceus folii minoris *(in klein Folio)* binis sectionibus in singulis paginis accurate lineis ad normam ductis scriptus. Litterarum forma accedit ad illas, quae exhibentur in *Nouveau Traite*

de

de Diplom. T. III. Tab. LVI. ſub formula: *Explicit prima pars auree legende edita a Ven.* etc. In folio vacuo ante titulum ſententiae quaedam et loca ex epiſtolis notata, quae in charta detrita vix legi poſſunt. Diſtinctius hoc in ſumma parte: *Salutem plurimam:* paulo inferius: *Quem das finem rex magne laborum:* et in media parte: *rex iuppiter omnibus idem Sua cuique exorſa laborem fortunamque ſu.* Frons libri in margine ſuperiori hunc titulum rudioribus litteris praefert: *Epiſtole Marci tulii:* deinde minio intra prioris ſectionis ſpatia: *Marci tulii ciceronis ep'la prima ep'lar℞ faıiliarium Incipit.* In fine operis item: *Marci tulii ep'le familiares explete ſunt. deo gratias.* Inſcriptiones in pauciſſimis leguntur. Littera prima cuiusque libri deſideratur, ſpatiumque pollicis quadrati relictum; vt ea ſcilicet, ſi fors tuliſſet, auro et ſplendidioribus coloribus pingeretur. Correctiones et animaduerſiones in prioribus maxime libris non paucae occurrunt, idque tam in ſpatio interlineari, quam ad marginem. In his eandem manum vix agnoſcas. ſed cum idem in capite epiſtolarum paſſim adſcripſerit: *dñs laudꝰ.* i. e. *dominus laudatus*, qui certe fuit ipſe librarius, bono omine laborem inſtaurans;

eandem manum eſſe, non licet dubitare. Ab alio tamen quaedam atramento recentiori allita. Neque paginae neque folia numerantur, ſed libri; quorum numeri in aduerſis paginis ſingulis repetuntur. Inſtitutum fuerat, vt etiam epiſtolae numerarentur: ſed numeri tantum vsque ad ſeptimam libri I adſcripti. Tertia: *Aulo Treb.* eſt ſeparatim poſita, ſed tamen non relata in numerum. Nota numeri quinarii eſt plane 7. ſeptenarius autem ita ſcribitur: Λ. Littera *i* nusquam puncto, ſed paſſim accentu acuto, notatur, vt *íniéctus*. Ex his et aliis, cum certa aetatis indicia nullo loco reperiantur, ſuſpicari licet, ſcriptum eſſe hunc librum intra tempus a ſeculo XII. exeunte ad initia ſeculi XIV.

Quod ad eius dignitatem et vſum attinet, etſi ſentio, quam difficile ſit editori non laudare codicem, quem vnum habuerit; tamen pretium ei iuſto maius non ſtatuemus. Deſcriptus videtur ab homine indocto, idque e vitioſo codice. Si quid ab ipſo peccatum fuerat, punctis ſupra poſitis ex illorum ſeculorum more, indicauit atque ita deleuit. Adeo, ſi quid rectius ſcripſerat, auctoritate codicis ſui reuocauit. Libro VII. ep. 19. e. g. in textu litura facta ſcripſerat *interprete:* et tamen ad margi-

nem

nem poſuit *interpraete*. Ceterum pro *ae* alias vbique eſt ſimplex *e*, pro *exiſtimare* ſcribitur *eſtimare*; *michi* pro *mihi*, *occium* pro *otium*, *neceſſarius* pro *neceſſ.* vbi *dd* occurrit, primum *d* fere mutatur in *b*; et vbi *m* ſequitur, in *m*, aut omittitur, vt *ammirari* pro *admirari*, *amminiſtrare* pro *adminiſtrare*. Paragraphi ſunt alieno vt plurimum loco notati, et interpunctio valde vitioſa eſt, vt id, quod ad Coelii ep. XIV. §. 4. notauimus, non auctoritate huius libri, ſed argumentis e textu petitis defendi debeat. Compendia ſcripturae multa ſunt, eaque partim obſcura et ambigua: multa in textu omiſſa, quorum pars expletur in margine. Pro graecis ponuntur figurae vicariae, de nihilo fictae, et plerumque eaedem, vt iis tantum ſignificetur, graeca eſſe, non legi. Libri V. ep. 20 deſideratur, et notatum eſt alia manu: Quomodo potuiſſem etc. hic deficit ep'la. Quod vero magis notandum eſt, (et vtinam non eſſet notandum!) in libro VIII verbis primis epiſtolae ſecundae annectitur nona inde a verbis: *mihi litteris oſtenderis*; neque vlla omiſſarum epiſtolarum pars alio loco affertur, cum in Gorl. et aliis plurimis libro IX. ep. 16. omnia farciantur.

Iam

Iam indicatis huius libri vitiis, illud addere non dubitamus, in quibusdam locis lectiones veras, saltem admodum commendabiles, e nullo adhuc libro notatas, aut earum vestigia reperiri, ita vt melior vel optimo libro videri debeat, ex quo his temporibus nihil noui ad emendandum textum depromi possit. Specimina quaedam vid. ad Lentuli Spinth. ep. I. § 8. ep. II. §. 9. Planci ep. IX. §. 1.

Excerpta codicis Gorliciensis iam a b. Ernestio commendata et tractata sunt. (Vid. eius praef. in epp. ad diu.) quibus ne vti vellem post tanti viri operam, pudor me deterruit. Itaque vltro mihi in subsidium oblata accipere nolui. Gauisus tamen sum, posteaquam vidi, quanta diligentia notatum esset, quidquid a recensione Graeuiana discreparet. videbar enim ipsum illum codicem manibus tenere. cumque mecum reputarem, quanto maiori in opere Ernestius versatus esset, et quam facile ei in amplioribus copiis accidere potuisset, vt quaedam non satis diligenter inspiceret, vel denique aetatis vitio laberetur; non dubitaui etiam haec praesidia ad defendendam vel restituendam scripturam euocare, eaque mihi vsum praebuisse non poenitendum, grato animo profiteor.

In

In quibusdam locis incertus haerebam, reponeremne veterem lectionem, quae mihi verior videretur, an in animaduerfionibus tantum fententiam meam dicerem. Dubitantem confirmauit paffim vir doctus Cl. *Benedict* fcholae Torgauienfis Rector; qui, quo labore et ftudio priores octo libros epp. Ciceronis tractatos edidit, vellem iam reliquos, antequam haec noftra ederentur, nobis adornaffet. In Coelii quidem epiftolis magnum momentum acceffit eorum codicum, quos ille contulit, vt pluribus locis veterem lectionem reuocarem. Atque vtinam Coelium nobis totum reftituere potuiffet! Nullius epiftolae nobis, fi illas integras haberemus, vtiliores forent atque iucundiores. Certe ad cognofcendam hiftoriam illorum temporum, ad rationem iudiciorum, et comitiorum aliarumque rerum penitius perfpiciendam hunc haberemus egregium fontem. Ac nefcio, an haec ipfa vtilitas et praeftantia illis epiftolis fraudi fuerit. Cum enim pars earum vtilis effet pueris, pars aliis quam plurimis iucunda; factum effe fufpicamur, vt primo iam feculo a pueris exercitationis caufa defcriberentur, aut in horum aliorumque vfus excerptae varieque difpofitae et ordinatae perturbarentur. (cf. quae Cl. Benedict

dict praef. ad L. VIII. diſputat.) Inſequenti ſeculo, cum propter cauſſas, quas facilius eſt cogitatione conſequi, quam paucis ediſſerere, minus iucundae et vtiles videri coepiſſent, coeperunt eo magis negligi et contemni, quo magis iam ante optimo conſilio perturbatae varieque contaminatae fuerant. Haec ſi vera ſunt, vt infiniti numero conferantur codices, vereor, vt vnquam, vel pertinaciſſimo ſtudio et labore, ad integritatem ſuam reuocentur. Nos quidem quantum in earum tractatione laboris exhauſerimus, prope pudet fateri. Profecto niſi ſpes fuiſſet, nos in regiones amoeniores aliquando delatum iri, animum noſtrum in his tantis tenebris locisque ſalebrarum tam plenis deſpondiſſemus, et vna cum Coelio conſilium edendi huius operis in medio labore abieciſſemus. Quo aequiores habebimus iudices: quibus ſi minus ſatisfecerimus, illud nos conſolabitur, quod nobismet ipſi pauciſſimis in locis ſatisfacere potuimus.

De externo libri habitu et ornatu non eſt, quod multa dicam. Cum libri non admodum vtiles magnis paſſim commendentur ornamentis, eoque diſcentium ſtudia ad lectionem magis iucundam, quam neceſſariam, abſtrahant; optabile eſt, vt etiam anti-

qui

qui tam multiplicis vſus ſcriptores, ſi non artificioſe comti et exornati, at munditie quadam et cultu modeſto decori, prodeant, vt adſpectu vel alliciant ſuo, vel certe ſqualoris et horridi vultus faſtidio ne deterreant. Id in hoc opere liberaliter praeſtitit redemtor, vir honeſtiſſimus, qui pro virili parte laboribus et periculis de bonis litteris egregie meretur, multorumque ſtudia excitat. Nam cum in ceteris, quae ad oculorum iudicium et delectationem pertinent, precibus noſtris locum reliquit, tum humaniſſime recepit, vt Panthei Romani, quam hodie aedem Rotvndam dicunt, imagine frontem libri ornandam curaret. Ita clarorum virorum, quorum hic epiſtolae leguntur, nomina, quaſi monumentis quibusdam, in illo templo conſecrata videntur; et ſtudioſi antiquitatis, qui eius imaginem non alibi viderunt, eo magis laetabuntur adſpectu tanti operis, quod per duodeuiginti ſecula non modo communes temporum iniurias, ſed etiam ab hoſtili manu incendia et rapinas admirabiliter pertulit, et, pretioſa quidem veſte artisque elegantioris cultu ſpoliatum, etiamnum globoſa nudi corporis mole ac robore delectat, vel potius obſtupefactos admiratione ſui ſpectatores retinet.

Cete-

Ceterum quoniam benigna Dei prouidentia et ope nobis contigit, vt hoc opufculum aliis curis et laboribus diftenti concinnare poffemus, vehementer optamus, vt tale fit, quale nobis videri debet; et vt ftudiofi adolefcentes quam plurimos fructus, et docti etiam viri aliquid inde voluptatis capiant.

DIS-

DISSERTATIO
DE
VSV HARVM EPISTOLARVM.

Epiſtolis, quas in hoc peculiare volumen redegimus, tantum ſemper pretium putauimus eſſe ſtatuendum, vt, ſi vel multo maior pars Ciceronianarum periiſſet, ea iactura multo aequius ferenda videretur, quam ſi hae ſatis, vt videtur, omni aeuo neglectae, plane intercidiſſent. Atque hoc non ſolum tacite nobiſcum ita ſtatuimus, verum etiam in ſermonibus, et in docendo ſaepius, quando eius rei commoda occaſio nobis data fuit, iudicauimus, ſi forte excitare doctiores poſſemus, vt id operis ſuſciperent, ad quod feliciter perficiendum nobis nec vires, nec tempus, nec ſubſidia neceſſaria ſuppetere putaremus. Ne autem temere indicaſſe videamur, de vtilitate harum epiſtolarum breuiter diſſeremus. Qua in diſputatione illud etiam nobis propoſitum erit, vt rationem aperiamus, qua vel doctor commentarios noſtros in ſubſidium adhibens, vel, qui per ſe in iis legendis verſari volet, adoleſcens vti poſſit, vt quam plurimos inde capiat fructus.

Sunt vero *vtilitates*, quae inde redundant, duplicis generis, vel *communes* omnium epiſtolarum his ſimilium, vel harum *propriae et praecipuae*. Dicemus de vtroque genere. Ac primo quidem illud mittemus, quod in promtu poſitum eſt, perfecta epiſtolarum exempla in omni fere genere proponi, vt forma et imago epiſtolae omnibus numeris abſolutae animo imprimi poſſit. Nam etſi multae ſunt Ciceronianis non inferiores, nonnullae etiam dignitate ſuperiores: tamen pauciſſimae ex omni parte nobis probantur, complures ex maxima diſplicent, nonnullae ita ineptae videntur, vt exempli loco, non ad imitandum, ſed ad demonſtranda vitia, proponi poſſint.

Sed nos, qui illud facile mittimus, rurſus iidem illud ipſum cupide amplectimur, cum multo latius primum genus vtilitatis patere volumus. Putamus enim, diligentem et prudenter inſtitutam harum epiſtolarum tractationem ad omnem eloquentiae facultatem comparandam et formandam non parum conferre. Vt hoc penitius aperiamus, liceat nobis duplicem eloquentiae formam ponere, vt inuſitate alteram appellemus *artificialem*, alteram *inartificialem*. Prior eſt, quae proprie dicitur et praeceptis rhetorum commendatur, eloquentia, quae perpetuis orationibus ſpeciem praebet grauiorem, et ſe aliquid eſſe oſtendit: altera verſatur in ſermonibus et conuictu hominum, et ſine artis profeſſione ac ſpecie mentibus hominum inſidiatur, et in eas vim exſerit multo maiorem, quam ſuſpecta illa et artis apparatu magis admirabilis, quam probabilis, eloquentia. Vtraque autem legendis bonis epiſtolis alitur, et ad vſum omnem formatur. Quod ad

arti-

artificialem attinet, ea noſtra aetate, maximeque noſtris in terris, non valde viget, nec vigere poteſt, ex quo philoſophica contemplatio omnes res complexa eſt, et vbique dominari coepit. Sed tamen non potuit non ei aliquid loci relinqui, vt in cauſſis grauioribus vel ſcripto vel iuſta oratione explicandis adhibeatur, modo ſubtiliter rem quamque explicet, et perſpicuitatis breuitatisque laude contenta ſit. Quin imo res grauiſſimae, et quarum eſt publice priuatimque maximum momentum, vel epiſtolis proprie ſic dictis explicantur, vel ſcriptis, quocunque nomine veniant, epiſtolica forma et oratione compoſitis, in quibus perſpicuitatis ſumma et fere vna laus eſt. Ex quo apparet, quibus ſcriptis legendis nos ad ingenium huius ſeculi componamus, et vnde adiumenta dicendi et ſcribendi peti poſſint, vt a noſtris hominibus probemur. Quae hactenus diximus, maxime ad formam orationis pertinent.

Neque vero non materies ipſa legendis epiſtolis abunde ſuppeditatur. Sed probe tenendum eſt, quales et hic epiſtolas, et per totam hanc diſputationem, intelligi velimus. Non eas dicimus, quibus capita doctrinae explicantur, quae nomen tantum, ceterum ne ſpeciem quidem epiſtolae habent: neque inanes illas, aut rebus minutis refertas, quarum argumentum tam longe petitum eſt, vt appareat, non a rebus aut perſonis ſponte natum eſſe, ſed diu quaeſitum, et multa cogitatione aegre repertum. Multo minus tales epiſtolas commendamus, quales ſuperiori aetate inepti rhetores finxerunt, et in theſauris epiſtolicis, quos quidem iſti dictitant, tamquam exempla imi-

tatione digna, propofuerunt. Verum de epiftolis loquimur, quales Ciceronis aetas nobis dedit, ab hominibus doctrina aut rerum multarum vfu excultis, variis, neque leuibus in cauffis fcriptas: quae quidem eo vtiliores quadam ex parte reperiuntur, quo minus auctores fufpicati fuit, eas in aliorum quam plurimorum manus venturas effe, quod de his clarorum virorum epiftolis magis etiam, quam de Ciceronianis, credere debemus. Diximus ergo, materiem dicendi et fcribendi largam iis fuppeditari, ita vt futurus orator huic feculo aptus magnam copiam ad explicandas res in vfu vitae occurrentes inde colligere poffit. Nam, vt b. Erneftii verbis vtar, (praefat. ad Cic. epp.) *nullum prope eft genus rerum in vita humana occurrentium, de quo quidem dici ac fcribi debeat, quod non in epiftolis his tractetur apte ad perfonas.* Hoc etfi multo magis de toto corpore epiftolarum valet, vnde plurimas harum, tamquam membra quaedam infititia, fegregauimus, tamen etiam de his dici poteft. Et vere dici poffe, argumenta epiftolarum infpicienti apparebit. Nam fi quis rem perfequi, et ad vulgarem diuifionem omnis materiae in tria cauffarum genera exigere volet, facile videbit, inductione doceri poffe, nullum genus materiae hic plane defiderari. Fatemur tamen, quod paullo ante diximus, non vbique eam materiam bene tractatam effe. Sed id ipfum nouum vtilitatis fontem, vt inferius docebimus, aperire poteft.

Sequitur, vt de eloquentia vitae communis, quam *inartificialem* appellaui, aliquid dicam. Breuiores etiam hic effe debebimus, quia nihil aliud, nifi quae de priori,

afferre

afferre poſſumus. Neque enim animus eſt, huius eloquentiae iam praecepta quaedam, quae huc non pertinent, tradere, ſed eam tantum indicare et commendare. Placuit eam inartificialem appellare, non quod eius ars nulla ſit, vt quispiam poſſit cauillari, ſed quia nulla videri debet, quod in altero genere eloquentiae effici vix, aut ne vix quidem, poteſt. Ea ſane nihil aliud eſt, niſi applicata ad ſermonem vulgarem eloquentia, vt, quae ex natura ars fluxit, ea, quoniam longius a ſuo fonte aberrauit, rurſus ad naturam interdum reuocetur, eamque mutuo occultioribus quaſi conſiliis iuuet. Haec ergo ſiue ars, ſiue applicatio artis, nondum exculta et peculiari libro tractata eſt: excoli tamen et ſeparatim doceri, non minus conueniens videtur, quam homileticam. Quod ſi teſtimonio et auctoritate in hanc rem opus eſt, Cicero Off. I. 37. ita loquitur: *Contentionis praecepta rhetorum ſunt; nulla ſermonis: quamquam haud ſcio, an poſſint haec quoque eſſe. Sed diſcentium ſtudiis inueniuntur magiſtri: huic autem qui ſtudeant, ſunt nulli: rhetorum turba referta omnia; quamquam quae verborum ſententiarumque praecepta ſunt, eadem ad ſermonem pertinebunt.* Illud autem dico, cum in epiſtolis tenui maxime oratione vtamur, quae ad ſermonem quotidianum quam proxime accedat, iis lectitandis multum ad hanc facundiam profici. Simul et animus ad intelligendum et iudicandum acuitur, et multarum variarumque rerum, earumque vtiliſſimarum, ſcientia locupletatur, vt habeat, aut facile reperiat, quid de quaque re commode et prudenter dici poſſit.

Porro illud non leue hoc loco afferri debet, quod ingenio et aetati adoleſcentium, qui eloquentiae operam

A 3 dant,

dant, epistolarum breuitas est accommodatissima. Possunt scilicet epistolae complures, v. g. M. Bruti sexta et Sulpicii prima, atque etiam, si plus vno argumento constant, earum partes, vt M. Bruti VIII. §. 6. Caecin. §. 14—18. pro oratiunculis haberi: quarum pertractandarum non longum est curriculum, vt illud eo minus recusent ingredi, quo propius primo ingressu se abesse a meta vident. Deinde verborum minus exquisitorum facilior est intelligentia, periodorum non tam magnum artificium, breuiorque ambitus. Denique, quod caput est, facile totius argumenti summam animo complectuntur, vt eius diiudicationem capere, et res ad varias exercitationes imitandi, amplificandi, vel corrigendi quoquo modo, adhibere possint. Quae omnia contra, ac de his dictum est, accidunt in iustis orationibus. Tractantur etiam in scholis orationes e Liuio depromtae; quae, vt cetera mittam, quae de iis iudicantur, etsi non tanta rerum varietate studium retinent, tamen non inutiliter cum illis coniunguntur: sin solae aliquamdiu explicantur, nulla alia interposita lectione, non possunt non inconstantiae illius aetatis taedium afferre.

Denique pro caussa nostra etiam hoc valet, quod ex epistolis, quales supra diximus, optime disci potest, quid in sermonibus, et in societate conuictuque hominum politorum decore ac venuste, et ad significandam beneuolentiam aut reuerentiam, dici conueniat. In primis bellae sunt hanc in partem Planci epistolae. Neque vero ea virtus in aliis multis desideratur. Quis non agnoscat v. g. M. Bruti (ep. VI.) vbi vel grauissime Ciceronem reprehendit,

hendit, moderationem et humanitatem? quis non admiretur eiusdem (ep. VIII. §. 6.) in laudando Cicerone filio plus quam Attico fale conditam vrbanitatem? Coelius quam lepide et venufte (ep. VI. fin.) amicum obiurgat! Nemo autem hoc ita acceperit, quafi nos ex folis epiftolis humanitatis difciplinam petendam effe ftatuamus; poffunt, quod nemo negabit, eandem ad rem dialogi, fabulae et alia fcripta, in quibus viciffitudo loquentium obtinet, vfum non contemnendum praeftare; etfi multo magis parentum inftitutio, mentis animique cultus, et vfus confuetudoque hominum hominem format, et ad humanitatis et decori fenfum acuit. Sed fi qua in his fcriptoribus occurrunt durius et inhumanius dicta, ea vel fponte inter multa diffimilia animaduertuntur, vel, vt cetera, quae ex quacunque parte vitium habent, doctoris admonitione fructuofa fieri poffunt. Nos, nifi breuitatis lege exclufi, talia intacta nusquam abire paffi fumus. Vid. v. g. Metelli Celeris ep. et Coelii XV.

Verum hac priori differtationis parte prope fuperfedere poteram. Videor enim magis Ciceronis epiftolas, ad quas illae laudes magis proprie pertinent, quam has laudaffe, quae et paucae funt, et nifi in Ciceronis tutelam fe commififfent, faluae ad nos non fuiffent peruenturae.

Reftat, vt *de propria et praecipua vtilitate* exponamus, quam lectio harum epiftolarum afferre poteft, quae tam varia et multiplex fe nobis offert, vt differendi materia nobis non defit, et plures inde fructus perceptum iri fperemus, quam noftra enumeratio promiferit. Facile nobis concedent ingenui lectores, has non contemnendo-

rum hominum epiſtolas propterea, quod inter plures vnius auctoris et meliores diſperſae ſunt, iuuentuti adhuc parum commendatas fuiſſe. Plerumque Ciceronis ſolas legunt, in quibus velut certo et minime periculoſo feruntur curſu: vbi ad alienas, quamuis bonas, ventum eſt, ne vt Sirenas quidem, ſed vt ſcopulos maxime periculoſos, praeteruehuntur. Nec id mirum. Mouentur enim vel timiditate quadam laudabili, quod iudicio ſuo non ſatis confidunt, vel conſilio magiſtrorum, quorum alii alias deterrendi cauſſas habent, vel auctoritate legum, quibus paſſim ſcholarum diſciplina conſtituta eſt. Ad has tam ſuſpectas ſcilicet epiſtolas noſtra qualicunque opera aditum patefactum eſſe volumus. Liceat ergo, quod vltimo loco poni, aut ne poni quidem omnino debet, id primum afferre, quoniam primum mihi in mentem venit, cum has epiſtolas ſeparatim edere conſtituerem, et quoniam, id vt aſſequerer, ſummum vbique ſtudium adhibui, liceat, inquam, primum in vtilitatis propriae parte hoc afferre, quod adoleſcentibus hac collectione nouus eloquentiae fons apertus patet, ex quo, praeceptis et monitis noſtris praemuniti, tuto haurire et large ſitim explere poſſint. Non equidem hoc mihi arrogo, vt in analyſi, quae potior pars cenſeri debet, me nusquam aberraſſe, ſed in maximis, minimis vero iudicio vſum eſſe credam. Modo inſtituti noſtri ratio in rei ſumma probetur, veniet alius noſtro ſtudio excitatus, ſed a doctrinae copiis melius inſtructus, qui eum, quem nos aperuimus, et paullulum fortaſſe turbauimus, fontem faciet, vt limpidior fluat. Atque etiam ſic gaudebimus, conatus noſtros non irritos fuiſſe. Interim dum illud fiat, quod aliquando fieri valde optamus, in hoc

libro

libro ita verſabitur ſtudioſus, vt eiusdem auctoris epiſtolas vno tenore perlegat, analyſin noſtram perſequatur, et reliqua, quae ad ſingulas ſententias diſputauimus, perpendat, rationes, ſi quas breuitatis cauſſa omiſimus, exquirat, quas autem attulimus, eas vel, vt firmas, accipiat, vel etiam refutet, denique ſe ad iudicium referat, quod de auctore in vniuerſum fecimus, eiusque epiſtolis praemiſimus. Hic rurſus conſideret eius virtutes et vitia, et ſi quae propria habet, et omnibus ſub vnum quaſi conſpectum poſitis, inquirat, rectene an ſecus ſtatuiſſe videamur. Hac ratione profecto non parum ad iudicium pulchri et recti acuetur, et ex hac lectione fructus ſatis magnos capiet.

Conſiderauimus hoc loco epiſtolas huius voluminis, non vt tales, quales per ſe ſunt, et adhuc legi potuerunt, diſperſas ac diſſipatas inter Ciceronis opera, quorum luce offuſae vix apparuerunt, ſed quales nos adornauimus, ſuo, paene dixerim, loco collocatas, in vnum ſaltem congeſtas, vt luce ſua ſplendere poſſint, et ex omni parte pertractatas atque diiudicatas. Cum autem, vt propoſitum eſt, de propria et praecipua harum epiſtolarum vtilitate dicendum ſit, quae ab ipſis repetatur, non e noſtris commentariis: concedimus vtique, nos in primo huius diſputationis ingreſſu propemodum a via aberraſſe. Sed tamen id, quod expoſuimus, non plane praetereundum videbatur. Verum hoc omne leue, aut, ſi quis volet, nihili eſto. Venimus ad grauiora, et quae certe ad cauſſam pertinent.

Magnum eſt Ciceronis oratoris nomen, eumque inter omnes aetatis ſuae homines eloquentiae principatum tenuiſſe, tam notum eſt, quam quod notiſſimum. Atque etiam nunc eius dictionem pulcherrimam eſſe agnoſcimus, et non modo in orationibus, ſed etiam in reliquis eius ſcriptis, vt exemplar imitatione digniſſimum proponimus. Sed in eo deteriori ſumus conditione, quam aequales eius, quod non in omni genere ſcriptores ex illa aetate habemus, quibuscum eius virtutes comparare, et comparando clarius cognoſcere poſſumus. Habebant illi ſuos Hortenſios, Brutos, Meſſalas, Polliones, alios bene multos, ſuo quemque bono inſignem, omnes tamen vel inferiores Cicerone, vel ab eo diuerſos. Quorſum haec dicantur, intelligentes facile animaduertent. Scilicet cum nullius rei praeſtantia et virtus percipiatur, niſi adſit, quod cum illa recte comparare poſſis; in eo non leuem iacturam fecimus, quod in oratorio genere nullos ſcriptores, quos illa aurea latinitatis aetas tam multos tulit, ſuperſtites habemus. Caeſarem, Salluſtium, Liuium inter ſe conferre, et ita cuiusque characterem commodius definire poſſumus: cum Cicerone quem comparare poſſimus, neminem habemus, niſi ipſum Ciceronem, vt vel ad Graecos redeundum ſit, vel ad recentiores denique deueniendum, illos ſermone, hos etiam toto genere diuerſos, adeo vt et difficilior, quam pro illa aetate, cui ſcribimus, et minus vtilis ſit comparatio. Solae ſuperſunt hae clarorum virorum epiſtolae, in quibus cernere licet ſimulacra quaedam eloquentiae, quas ad Ciceronis epiſtolas referre, et e quibus, facta comparatione, non temere aut abſurde ita ratiocinari poſſimus, quales hae inter ſe ſint, tales

omnino

omnino illos oratores fuiſſe. Non deſtituit nos hoc genus ratiocinationis in quibusdam, vt in Bruto et Sulpicio, quos in epiſtolis prorſus tales agnouimus, quales in omni dictione fuiſſe antiquitas prodidit. Quare, vt illuc redeam, ſi iſto modo comparare Tullianas epiſtolas cum his voluerimus, fiet, vt facilius et clarius, quid Cicero proprium habuerit, cognoſcamus.

Mea igitur ſententia adoleſcens tractabit ille quidem epiſtolas Ciceronis, idque vel vnice, ſed tantum inſigniores, et communi omnium eruditorum voce laudatas; easdem vero per interualla ſeponat, et ad has noſtras ſtudium ſuum conferat, vt diuerſum orationis genus eo melius ſentire poſſit. Scitum, nec minus tritum, eſt et illud praeceptum, vt interdum locos eiusdem argumenti compares, quod in diuerſis ſcriptoribus maiore fit cum vtilitate. Hoc ergo non negligendum erit, vt id, quod quaerimus, et quod res ipſa offert, eo certius teneamus.

Venimus ad aliud. Magna etiam in laude eſt totum ſeculum orationis latinae aureum. Tamen ita pauci ſcriptores ex eo ad nos peruenerunt, vt, niſi multis multorum teſtimoniis illa laus explorata eſſet, quam vera ea eſſet, et quam late pateret, neſciremus. Nam etiam in mediis tenebris luculentiſſima ingenia exſiſtunt, et doctrinae gloria illuſtrantur. Quamobrem ex his, etſi paucis, multorum tamen opuſculis illum etiam fructum capimus, vt non iuſto quidem iudicio, ſed vere tamen, et noſtro ſenſu, et cum ratione certa, de tota illa aetate ſtatuere poſſumus. Non enim hic exhibentur, vt in Ciceronis libro,

bro, qui *Brutus* inſcribitur, nudae laudes aut iudicia de hominibus doctis atque diſertis, quae, niſi illos ipſos audieris, nec valde delectare aut mouere poſſunt, et mentes indoctorum fere inanes relinquunt; neque fragmenta quaedam leuia; ſed integra opuſcula, quae imaginem ingenii et doctrinae referant multorum hominum, qui communis illius laudis participes fuerunt.

Alia porro vtilitas oritur ex diuerſo genere orationis, quam his auctoribus propriam eſſe deprehendimus. Hoc loco illud pro certo ſumimus, non pendere a cuiusque voluntate et arbitrio, vt quoduis ſcribendi genus aemulando aſſequatur, ſed ſpectandum eſſe, quid ſua cuiusque natura patiatur, videndumque, vt ad eius imitationem ſeſe applicet, cuius ſe natura ſimilem eſſe, et cuius imitationem ſibi feliciſſime cedere intelligat. Ecce autem nobis numerum ſcriptorum profecto non exiguum, vt pro ſuo quisque ingenio deligere poſſit, quem ſibi maxime accommodatum eſſe ſentiat. Docet auctor dialogi de oratoribus apud Tacitum c. 18. *non eſſe vnum eloquentiae vultum, ſed — plures ſpecies, nec deterius ſtatim eſſe, quod diuerſum ſit.* In eandem ſententiam et alii rhetores multi multa. Eam rem vel maxime huc pertinere quis non videt? Nam, vt alios taceam, alia eſt M. Bruti, alia Planci, alia Sulpicii oratio: iidemque, vt non vitioſi, ita tam inter ſe, quam a Cicerone, ſunt diuerſi. Itaque huc accommodatis verbis Quintilianus (ex L. X. c. 2.) diceret: *Quid ergo? non eſt ſatis, omnia ſic dicere, quemadmodum M. Tullius dixit? mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen noceret, vim M. Bruti, ſubtilitatem*

litatem Matii et Sulpicii, nitorem Planci quibusdam in locis assumere? —

Quid hoc loco obiici possit, non praetereundum est. Nimirum paucae sunt singulorum epistolae, nec dum etiam ad pristinam integritatem reuocatae, vt ex iis certum scribendi genus facile constitui possit. Fateor hoc non leue esse. Sed tamen illud mihi concedi oportet, vnum etiam in quoque genere exemplum menti bene impressum magnam vim habere, et ad illud animum, etiamsi hoc non agat, in cogitando plerumque dirigi. Neque tamen plus contendam, quam ipsa rei ratio largitur, quum non tam intersit, vt magnam vtilitatem lector, sed frustra, speret, quam vt modicam vere percipiat. Quare, vt iure summo contendere possim, ita denique statuo, non e paucis epistolis aliquod dicendi genus plane perdisci, sed tamen vt exempla idonea proponi posse, e quibus rhetoris praecepta lucem accipiant, vt facilius intelligatur, quid sit breuiter, simpliciter ac nude, aut grauiter aut splendide etc. dicere, eademque exempla diligenter tractata ad formandam simul dictionem non parum conferre. Tali modo definita, et intra hos fines redacta re, iniquioribus etiam iudicibus satisfactum esse arbitror.

Cum ea, quae hactenus ad demonstrandum huius libri vsum diximus, ex eorum duxerimus epistolis, quos ex hoc numero optimos habemus, iam etiam ad deteriores descendemus, docebimusque, etiam ex his aliquem fructum parari posse. Proposuit olim Rollinus discipulis suis

Diximus iam, et adſpectus ipſe libri, opinor, ſatis loquitur, hanc noſtram operam non pueris deſtinatam eſſe, qui in ſingulorum verborum ſenſu laborent, ſed paullo provectioribus, qui ſermonis latini atque etiam bonarum artium notitiam aliquam habeant, et iam aliquid iudicare poſſint. Hi etiam in conſtituenda vera et genuina ſcriptura elaborare et coniectandi exercitatione ingenium acuere poterunt: ex qua re nouum vtilitatis fontem ducimus. Fit illud quidem, et fieri poteſt, in aliis quoque ſcriptoribus: ſed minor tamen, quam hic, datur facultas. Nos quidem has epiſtolas, quibus tot ac tantorum criticorum opera tractari contigit, etiamnunc exiſtimamus ita corruptas, vt, ne quid grauius dicam, eorundem aut aliorum maiora ſtudia deſideremus: et ſicut antiquiſſimi librarii (quorum leuitate etiam multas, quibus in hoc volumine locus eſſet, intercidiſſe credimus) eas non dignas habuerunt, in quibus deſcribendis aeque magnam diligentiam, atque in Tullianis, adhiberent; ita emendatores recentiorum temporum, quanto praeſtantiores Ciceronis epiſtolas iudicarunt, tanto minus ſtudii, vt res ipſa docere quemque poteſt, in his poſuerunt. Non ita magni laboris erat, v. c. locum in Planci epiſtola III. traiectione verborum corrigere, D. Bruti epiſtolam X. interpunctione iuuare, in Antonii ep. III. §. 6. tollere interrogationes, et *quod* pro *quid* reponere: et tamen interpretes vel antiqua vitia non viderunt, vel noua intulerunt. Quam multa a nobis acriori cogitatione reſtituta ſint, nec noſtri iudicii, nec huius loci eſt, indicare: ſed pro modo libri nobis

videntur

videntur non pauca. In talibus locis non opus eſt multorum codicum apparatu, aut magna eruditionis ſupellectili, ſed ſtudio, cogitatione et ſolertia, quae non dubium eſſe debet, quin emendandi exercitatione, qualem modo diximus, ad alios labores acui poſſint. In iis autem locis, ad quos corrigendos multa hiſtoricorum lectio, vel alia pars exquiſitioris doctrinae poſtulatur, quis tironem haerere velit? quis eum omnibus artis criticae inſtrumentis onerare, niſi ipſe ſuopte ingenio iſtuc feratur, vt hoc ſubſidiario ſtudio aliis, quam ſibi prodeſſe malit? Abſtinebunt ergo adoleſcentes a corrigendis vitiis, in quibus v. g. multitudo maxime vel dignitas librorum mstorum ſpectari debet, neque congerendis vndique variis lectionibus corpus fatigent, aut ſimilium impedimentorum mole ſtudia ſua retardent, ſed animum excitent ad cogitationem, et ſine magna temporis iactura ad indagandum et diiudicandum adſueſcant, ingeniumque acuant, vt illis etiam, quae aliorum ſedulitas congeſſerit, bene et feliciter, ſi quando opus fuerit, vti ſciant. Optabile quidem eſt, legere libros quam emendatiſſimos: ſed quoniam ita accidit, vt has epiſtolas non tales haberemus, quales maxime vellemus, ex hoc etiam incommodo aliquid boni ea, qua modo dictum eſt, ratione, excerpere poterimus.

Poſtremo ſi non tot propriae vtilitates ex his epiſtolis capi poſſent, et ſi tantum delectatio maior inde oſtenderetur, tamen, vt opinor, haec ſatis magna eſſet earum commendatio. Cernimus enim, tanquam in ta-

bula picta, imagines tot ingeniorum partim adumbratas, partim expreſſas, quae et ſingulae, propter tacitam cum aliis comparationem, gratum ſpectaculum praebent, et vno adſpectu comprehenſae animum iucundiſſima voluptate explent. Percenſentur a Cicerone in *Bruto*, quem librum ſupra commemorauimus, omnes omnium aetatum oratores, et, quas quisque virtutes, quae vitia habuerit, clare exponitur. Quintilianus item, et alii, etſi minus plene, propterea quod aliud agunt, propriam multorum oratorum et ſcriptorum dictionem nobis ob oculos ponunt. Sed illi proponunt imagines mutas et inanimas, nos maxime viuas et clare loquentes. Nam (vt propriis verbis vtamur) quia de plerisque nihil extat, de nullo quidquam exhibetur ſtatim, quo illa iudicia ad ſenſus reuocare, et eorum veritatem ipſi explorare poſſimus, minus illa delectant; adoleſcentibus quidem, niſi exempla aliunde petita ſubiiciantur, plus taedii, quam voluptatis afferunt. Hic vero ſpecimina quaedam ingeniorum habemus, ex quibus et ipſi iudicare, et aliorum iudicia illuſtrare poſſumus: quae res mirifice in legendi cognoſcendique ſtudio retinet.

Neque vero hoc ad ſolam voluptatem referri volumus: de vtilitatis fructu dicendum eſt, qui ex his epiſtolis percipi debeat. Putamus igitur, hac ipſa voluptate allici animos et capi, vt illud ſeculum litteris, maximeque dicendi artibus ita inſtructum, vt ad parem elegantiam nulla inſequens aetas ſeſe expolire potuerit, noſtra, ſuis prudenter contenta, ne audeat quidem, ada-

ment,

ment, et maiora illa perfectioraque partim opera Ciceronis, Virgilii, Horatii etc. cognoſcere geſtiant. Sic ipſa voluptas fructum non exiguum feret. Concedimus quidem ſponte, quod ipſi agnoſcimus, ſi quis voluerit peruerſus eſſe, delegeritque deterrimas D. Bruti aut Balbi epiſtolas, aut corruptiſſimas Coelii, expoſitis earum vitiis, deterrere etiam poſſe alios, qui vel eorundem vel aliorum virtutes ignorent, ne legendis aureae, quae dicatur, aetatis ſcriptoribus ſe contaminent, et elegantiae verae ſenſum amittant. Verum ita praue tantum in viuis agunt, quorum libros e legentium manibus excuti volunt: mortuos ſilentio potius premunt. Sed ſi vel ſolas M. Bruti ſextam, Sulpicii priorem, et Matii poſteriorem haberemus, hominem non plane hebetem amicum illis, et reliquorum cognoſcendorum cupidum, reddere poſſemus.

Paucis haec exponere viſum eſt, vt eorum ſummam rudiores facilius caperent, eruditi minus grauate perlegerent. Ceterum non neceſſe eſſe, vt ad haec ſola omnis harum epiſtolarum lectio dirigatur, non eſt, quod moneam. Quid enim impedit, quo minus doctor ad cognitionem hiſtoriae et antiquitatis, ad morum doctrinam, ad quam rem multum loci datur, v. g. in explorando auctorum charactere ethico, etc. quaedam referat? In hiſtoria quidem illorum temporum longe vtiliſſima nullos habemus auctores, quos maiori cum fructu et vtilitatis et voluptatis, aut fide certiori, ſequi poſſimus, cum conſenſus multorum in rebus ſua aetate geſtis plurimum va-

lere debeat, et iudicia horum hominum de iisdem rebus inuitent, vt non ſolum, quid actum ſit, velimus cognoſcere, ſed multa ad vſum vitae vtilia inquirere et contemplari cupiamus. Sed alia malim in his omitti, aut vbi ad intelligenda ſcriptorum verba faciunt, paucis expediri, illud autem vnice ſpectari, vt ne vſus maxime proprius, quem ex his capiendum eſſe docuimus, et quem ne poſſis quidem in aliis ſcriptoribus quaerere, e manibus dimittatur.

M. AN-

M. ANTONII EPISTOLAE.

Coniectura
de eius ingenio et oratione.

M. Antonius triumuir habuit fine dubio ingenium ad dicendum et fcribendum mediocre, quod tamen ftudio et meditatione excolere et commodius habiliusque, vt ita dicam, reddere potuiffet, fi primis annis mentem virtute et liberalibus artibus ad omnem honeftatem conformare, quam corpus militiae laboribus durare maluiffet. Acceffere poftea ab impotentia animi natae contentiones ciuiles, et, quod peius eft, turpes libidines et quotidiana fere crapula, quae res corpori natura valido et inexhaufto fortaffe minus nocebant, animum autem ad fenfum elegantiorem non poterant non obtundere. In Graeciam profectus, vt Plutarchus in eius vita refert, tam corpus ad bellicos vfus, quam orationem ad dicendum exercuit. Secutus autem eft genus dicendi Afiaticum ipfius ingenio maxime aptum, vt vitae non magis, quam orationis luxuria diffflueret. Cf. Suet. *Aug. c.* 86. Magiftro etiam vfus eft Sex. Clodio rhetore, de quo Suet. *illuftr. rhet. c.* 5. cui, vt fe gratum praeftaret, immenfum campum publici agri adfignauit, *vt pro tanta mercede* (Ciceronis funt verba Phil. II. 17) *nihil fapere difceret.* Ex quo verofimile nobis fit, eum non folum opera, fed etiam operibus Sex. Clodii, quafi fuis, abufum effe; ceterum, vbi de fuis aliquid protulerit, quod exitu ipfo et laude populari non indifertum videretur, id magis animi laterumque robore, et verborum inani pompa, aut extrinfecus adfumtis adiumentis, commendaffe, vt in vefte cruenta et gladiis dilacerata fecit, quam

 in

in laudatione Caeſaris populo ſpectandam exhibuit; quamquam Dio Lib. XLIV c. 35. magis ſe, qui orationem ibi legendam putatur compoſuiſſe, quam Antonium laudans, eam orationem λόγον περικαλλῆ καὶ λαμπρὸν dicit. Conſilium quidem et iudicium acrius etiam in his eius epiſtolis deſideramus.

M. ANTONII EPIST. I.

(Att. X. 8.)

Ciceronem monet et rogat, vt ne ad Pompeium proficiſcatur, ſed maneat, et neutrius eſſe partis velit.

ANTONIVS TRIB. PLEB. PROPRAET.
CICERONI IMP. S.

Niſi te valde amarem, et multo quidem plus, quam tu putas, non extimuiſſem rumorem, qui de te prolatus eſt, cum praeſertim falſum eſſe exiſtimarem. Sed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare,
2 mihi famam quoque, quamuis ſit falſa, magni eſſe. Te iturum trans mare, credere non poſſum, cum tanti facias Dolabellam, et Tulliam tuam, feminam lectiſſimam,

§. 1. *Propraetorem* ſe nominat, non quod praetor fuerit, ſed quia cum exercitu erat. *rumorem*, quod te ad Pompeium proficiſci velle dicunt.

§. 2. *Dolabellam*, generum tuum, Caeſaris amicum.

omni-

§. 1. Teſtificatione amoris ſui, vnde recte ſit initium, cauſſam obtinere ſtudet. *magni eſſe:* nam in eam partem vel inclinas paullum, vel inclinare viſus es, vt improbi homines hos ſermones, qui bus te nobis redderent ſuſpectum, cum aliqua veritatis ſpecie proferrent. Bene huic conuenit, quod ſequitur.

§. 2. *credere n. p.* hoc eſt amice et prudenter deterrere. *Dolabellam*

mam, tantique ab omnibus nobis fias; quibus mehercule dignitas amplitudoque tua paene carior eſt, quam tibi ipſi. Sed tamen non ſum arbitratus, eſſe amici, non 3
commoueri etiam improborum ſermone: atque eo feci ſtudioſius, quod iudicabam, duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quae magis a ζηλοτυπίᾳ mea, quam ab iniuria tua nata eſt. Sic enim volo te 4
tibi perſuadere, mihi neminem eſſe cariorem te, excepto Caeſare meo, meque illud vna iudicare, Caeſarem maxime in ſuis M. Ciceronem reponere. Quare, mi Ci- 5
cero, te rogo, vt tibi omnia integra ſerues, eius fidem improbes, qui tibi, vt beneficium daret, prius iniuriam fecit; contra ne profugias, qui te, etſi non amabit, (quod accidere non poteſt,) tamen ſaluum ampliſſimumque eſſe cupiet.

omnibus nobis. Caeſarianis.

§. 3. *duriores p.* difficilius agendas, quod magna cura et diligentia opus eſt, vt ne ſuſpicio quidem non ſatis reconciliatae gratiae oriatur. *ζηλοτυπ.* quod aegre tuli, te augurem factum, cum ipſe hunc honorem expeterem. Cic. Phil. II. 2.

§. 5. *tibi o. i. ſerues* neutrius partis ſis. *vt benef. —— fecit.* Pompeius enim conſulto ſe ruri tenuit, vt Ciceronis eiectionem impedire non poſſet. Idem poſtea maxime egit, vt reſtitueretur. cf. Att. VIII. 3. * *non am. — non poteſt.* temere, inepte et repugnanter haec dicta ſunt, vt mihi perſuadere non poſſim, Antonium ita ſcripſiſſe.

tabellam — ipſi. haec plus valere debebant apud Ciceronem, quam Antonii dubius amor: in primis filiam laudari et ſe ab omnibus Caeſarianis *etiam tum* magni fieri, gratum eſſe debebat.

§. 3. *magis —— ini. tua.* Se ipſum ac fere ſolum accuſat, vt eo minus ficta videatur reconciliatio.

§. 4. *in ſuis —— rep.* cauet, ne a Ciceronis parte ζηλοτυπία oriatur ob aliam cauſſam.

§. 5. *non amab.* res indicatiuo vt certa conceditur, et tamen in parentheſi contrarium ſubiicitur; illud temere, hoc inepte: et quomodo quis poteſt non amare eum, quem ampliſſimum eſſe cupit? denique *accidere non poteſt?* imo

nihil

6 cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium familiariſſimum meum miſi; vt mihi magnae curae tuam vitam ac dignitatem eſſe ſcires.

M. ANTONII EPIST. II.

(Att. XIV. 13)

Rogat Ciceronem, vt Sex. Clodium ab exilio reſtitui patiatur.

ANTONIVS CONSVL S. D. M. CICERONI.

Occupationibus eſt factum meis, et ſubita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem. quam ob cauſſam vereor, ne abſentia mea leuior ſit apud te. Quod ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui

pſiſſe. Libri tamen omnes in veteri, quod mihi videtur, vitio conſentiunt. An fuit ſcriptum: *etſi ſic non am.* ſc. vt amauit Pompeius?

§. 1. *profectione* in villas * *vereor ne.* in mentem venerat *non v. ne* reſcribendum videri, quod et Stephano placuiſſe, gauiſus ſum poſtea. Praeter illius rationes, quae in promtu ſunt, illud occurrit, quod ſine negatione non bene cauſſae ſuae conſulit Antonius. Dicendum ſaltem erat *ſubuereor;* et, vt clarius cetera intelligerentur, *ſed tamen ſi* pro *q. ſi;* aut *eo magis* ante *gaudebo* addendum.

§. 2.

nihil facilius, in tam multis caſibus, quibus hominum voluntates, per ſe tam flexibiles, mutantur. Sed v. expl.

Valde placet epiſtola: et ſaltem honorifice ſcriptam, quod ipſum attinet, agnoſcit Cicero ep. antec. Quae Antonius breuiter et ſimpliciter, cum aliqua etiam negligentiae ſpecie affert, ea Cicero latius multo et ornatius expoſuiſſet, vt magis laborare, et cauſſae ſuae diffidere videretur; cùm Antonius ſedate agat, vt ſi res et aequitas ipſa pro ſe loquatur. Iuſtam excuſationem continet exordium, quod per litteras petat rem, de qua et commodius erat, et amicum magis decebat, coram agere.

bui de te; gaudebo. A Caesare petii, vt Sex. Clodium 2
restitueret: impetraui. erat mihi in animo etiam tum, sic vti beneficio eius, si tu concessisses. quo magis laboro, vt tua voluntate id per me facere nunc liceat. Quodsi 3
duriorem te eius miserae et afflictae fortunae praebes, non contendam aduersus te; quamquam videor debere tueri commentarium Caesaris. Sed mehercule, si hu- 4
maniter, et sapienter, et amabiliter in me cogitare vis, facilem profecto te praebebis: et voles, P. Clodium in optima spe puerum repositum existimare, non te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos. patere, obsecro te, pro republica videri gessisse simultatem cum patre eius. non contemseris hanc familiam. Honestius enim et libentius deponimus inimicitias reipublicae nomine susceptas, quam contumaciae. Me deinde sine ad hanc 5
opinionem iam nunc dirigere puerum, et tenero animo eius

§. 2. *S. Clodium*, quo auctore corpus P. Clodii in curiam illatum fuit. Exilio damnatus est omnium fere sententiis. Ascon. in Mil. extr. *nunc* postquam sublatus est Caesar.

§. 4. *amabiliter* amanter, vt Planc. ep. V. §. 1.

§. 6.

§. 2. Nulla adiecta particula, (sic enim conuenit,) rem incipit proponere. *etiam tum*, cum tu certe frustra aduersatus esses. prudenter mauult hoc intelligi, quam se dicere.

§. 3. *eius — fort.* etiam hoc cum laude breuiter dictum, et simul argumenti instar est. *quamqu.* — — *Caesaris.* subobscure minatur, se iure facturum, quod officii videatur, si Cicero repugnet.

§. 4. *humaniter*, *sap.* et *am. in me* argumentorum fontes indicant, quorum priora vsque ad fin. §phi 6. explicantur, extremum §pho 7. *non contemf.* imperiosius dicas: *ne contemne;* humanius: *ne contemnas;* humanissime: *non contemferis.* *deponimus:* nam et gerimus *hon. et libentius.* Sed illud solum dici et aptius et suauius erat.

eius perfuadere, non effe tradendas pofteris inimicitias.
6 Quamquam, tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abeffe, certum habeo: tamen arbitror, malle te quietam fenectutem et honorificam potius agere, quam follicitam.
7 Poftremo meo iure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua cauffa feci. Quod fi non impetro, per me Clodio daturus non fum: vt intelligas, quanti apud me auctoritas tua fit, atque eo te placabiliorem praebeas.

M. AN-

§. 6. *follicitam*, quod Sextus aliquando, vel per fe, vel per alios, te viciffim oppugnare et vlcifci poffit.

§. 7. *nihil non — — feci.* Non pertinet hoc ad vexationes, aut caedes vel perpetratas vel intermiffas in gratiam Ciceronis, verum ad beneficia minus nota, fed honefta, quorum neutrum puderet. *placabiliorem* aduerfus me, qui ifto obfequio oftendam, me omnem inimicitiam plane depofuiffe.

§. 5. *non effe — inimicitias:* fententia commodiffime huc allata, et grauitate valde mouens, et amabili fimplicitate in animum influens.

M. ANTONII EPIST. III.

(Philipp. XIII. 10 — 20)

De Trebonii morte laetatur: Dolabellam hostem iudicatum moleste fert: Hirtio et Caesari obiicit, quod parricidis, qui Caesarem interfecissent, potius faveant, quam huius mortem persequantur: eos hortatur, vt resipiscant, atque se cum ipso contra illos coniungant.

ANTONIVS HIRTIO ET CAESARI.

Cognita morte C. Trebonii, non plus gauisus sum, quam dolui. Dedisse poenas sceleratum cineri atque ossibus

§. 1. *sceleratum*, qui fuerit inter conspiratos aduersus Caesarem, et me ignarum illius conspirationis tenuerit sermone ac luserit, ne

Multum inferior est haec epistola superioribus, atque ita temere scripta, vt, quid sibi auctor voluerit, vix ipse satis constitutum habuisse videatur. Quae Cicero in eam disputat, ad nostrum consilium non valde pertinent. Quaedam tamen inde delibare commodum erit. Hirtii et Caesaris epistola, ad quam respondetur, hanc habuit summam, vt senatus interposita auctoritate Antonium ab oppugnatione Bruti desistere iuberent. In hanc sententiam, quantum coniicere licet, tum hoc attulerunt, quod Dolabellam ob violatam ἀμνηστίαν hostem iudicaverit senatus, tum alia, v. c. se nullis conditionibus cum Antonio pacem facere posse, nisi emiserit milites, Brutum autem frumento iuuerit: concordiae factam in senatu mentionem, et legatos esse consulares quinque, vt eo aequiorem se praebere debeat, qui intelligat, se tam honorifice tractari. Ad ea poterat vel sic respondere, vt, armis suis fidens, libera quadam contumacia vteretur, eorumque postulata breuioribus, sed grauiter scriptis litteris repudiaret; vel sic, vt lenitatem adhiberet, eosque honorifice, cum aliqua tamen confidentia, inuitaret ad partes suas capessendas. At vtrumque ex aequo fere, h. e. neutrum fecit: et dum tertiam quandam viam inire cogitauit, vt nec timidus, nec nimis confidens aut asper videretur, in hanc tamen maxime partem

oſſibus clariſſimi viri, et apparuiſſe numen deorum intra finem anni vertentis, aut iam ſoluto ſupplicio parricidii, aut
2 impendente, laetandum eſt. Hoſtem iudicatum hoc tempore Dolabellam, eo quod ſicarium occiderit, et videri cariorem populo Romano filium ſcurrae, quam C.
3 Caeſarem, patriae parentem, ingemiſcendum eſt. Acerbiſſimum

ne ſuccurrere poſſem. De Trebonii foeda morte v. Cic. Phil. XI. 2. *apparuiſſe*, non ſpecie, ſed iuſta vindicta. *intra — — vert.* nam Martio menſe a. u. c. 709 Caeſar occiſus; Februario inſequentis anni Trebonius. *impendente:* nam circa initium anni ad occupandam Mutinam profectus Antonius erat, vnde breui reliquos conterere cogitabat. * Ceterum paene neceſſe eſt, vt, quia Cicero totum hoc *aut iam — — impend.* non videt, aut hoc Antonii non ſit genuinum, aut in Ciceronis verbis aliquid deſideretur.

§. 3.

partem peccauit: Quae v. g. effundit a §. 3 vsque 8. ea ob cauſſae bonitatem exprobrata, et ab animo iuſta ira commoto videntur profecta, vt ignoto homini imponere poſſent. At quid erat, cur ad tales homines haec ſcriberentur?

Ad ea primo reſpondet, quibus maxime in vtramque partem affectus erat, mortem Trebonii et damnationem Dolabellae §. 1. et 2. Deinde grauiſſime obiurgat Hirtium et Caeſarem, multaque iis exprobrat, quae vel fecerint, vel fieri paſſi ſint aduerſus cauſſam Caeſarianam §. 4 — 6. Mox etiam §. 7. aliquid affert, quod ad ſollicitandos eorum milites valeat. Tum §phis 9 — 11. hortatur, vt ſecum potius interfectores Caeſaris perſequantur, nec Ciceroni fidant, qui diſcordiis inter amicos Caeſaris excitandis id agat, vt ſe ipſos conſumant; ſe quidem hoſtem Pompeianorum ſemper futurum, quidquid euenerit. Denique §. 13. ſub illa conditione ſe ignoſcere ſuis velle confirmat, eamque vocat *iudicii ſui ſummam* h. e. primariam epiſtolae ſententiam, ad quam reliqua omnia referantur, cui tamen rei epiſtola ipſa, vt vidimus, infeliciter repugnat. Ceterum ordo rerum non eſt valde commendabilis, ſed tamen, vt in epiſtola, ferendus. Singula quaedam etiam videamus.

§. 1. *Ant. H. et C.* Cic. „neque ſe imperatorem, neque Hirtium conſulem, nec pro praetore Caeſarem. Satis hoc quidem ſcite. deponere alienum nomen ipſe maluit, quam illis ſuum reddere.“ *laetandum eſt*, et *ingem. eſt* nude poſita ſine aduerbio aut ſimili voce iuſtam gaudii et doloris magnitudinem non definiunt, quodammodo frigent, et, vt ὁμοιοτέλευτα offendunt.

biſſimum vero eſt, te, A. Hirti, ornatum beneficiis Cae-
ſaris, et talem ab eo relictum, qualem ipſe miraris, et
te, o puer, qui omnia eius nomini debes, id agere, vt
iure damnatus ſit Dolabella, et vt venefica haec liberetur
obſidione; vt quam potentiſſimus ſit Caſſius atque Brutus.
Nimirum eodem modo haec adſpicitis, vt priora. Caſtra 4
Pompeii ſenatum appellatis: victum Ciceronem ducem ha-
buiſtis: Macedoniam munitis exercitibus: Africam commi-
ſiſtis Varo bis capto: in Syriam Caſſium miſiſtis: Caſcam
tribunatum gerere paſſi eſtis: vectigalia Iuliana Lupercis
ademiſtis: veteranorum colonias deductas lege et ſenatus-
conſulto ſuſtuliſtis: Maſſilienſibus iure belli adempta reddi-
turos vos pollicemini. Apuleiana pecunia Brutum ſubor- 5
naſtis: ſecuri percuſſos Paetum et Menedemum, ciuitate
donatos, et hoſpites Caeſaris, laudaſtis: Theopompum
nudum, expulſum a Trebonio, confugere Alexandriam
neglexiſtis: Ser. Galbam eodem pugione ſuccinctum in
caſtris

§. 3. * *ornatum* vulgo addunt *eſſe*, quod recte a Strothio epp. fell. p. 307. eliminatum eſt. *o puer*. Octauianus Caeſar tum agebat annum 19.

§. 4. * *Maced. — exercitibus*. Per ſe haec obiectio nihil dicit. Cum autem Cicero his ſubiiciat: *et quidem fratri tuo*, *qui a vobis nihil degenerat*, *extorſimus:* ſuſpicor deeſſe: *rectori extortam*, aut ſimile quid. *bis capto* a Caeſare: vnde poſt hanc ſententiam in Ciceronis dicto arbitror pro *C. fratre* ſcribendum *C. Caeſare*. *Iuliana* a Iulio Caeſare iis in ſtipendium aſſignata.

§. 5. *Apuleiana pec.* vid. Phil. X. 11. *neglexiſtis:* Trebonium non coëgiſtis, vt propter illam iniuriam Theopompo ſatisfaceret, aut poenas lueret. *Ser. Galbam*, cuius epiſtolam infra dabimus. *eod. pugio-*

§. 3. *eius nomini* bene adhibita periphraſis τῶ *ei.* nam et C. Caeſaris magnitudinem quandam exprimit, et adoptionis cogitationem affert. *vt iure — Dol.* imo ſubtiliter: *damn. videatur*.

caſtris videtis: milites aut meos, aut veteranos contraxiſtis, tanquam ad exitium eorum, qui [Caeſarem occiderant; et eosdem nec opinantes ad quaeſtoris ſui, aut imperatoris, aut commilitonum ſuorum pericula impuliſtis.
6 Denique quid non aut probauiſtis, aut feciſtis, quod faciat, ſi reuiuiſcat, Cn. Pompeius ipſe, aut filius eius, ſi domi poſſit [neminem Pompeianum, qui viuat] tenere lege Hirtia dignitates? Poſtremo negatis pacem poſſe fieri, niſi

pugione, quo in Caeſaris vſus eſt caede; * quae ſententia, opinor, intercidit. *quaeſt. ſ. aut imperatoris:* vterque eſt ipſe M. Antonius, qui apud Caeſarem quaeſtor fuerat.

§. 6. *Denique* — — *feciſtis.* Non hic terminatur interrogatio, vti volunt, ſed demum poſt: *tenere l. H. dignitates.* Interrogatio fit longior, vtpote hominis exaſperati, qui omnem iram quaſi vno ſpiritu effundere vult, nec ſe poteſt tenere. Si poſt *feciſtis* interpungitur, nulla idonea ineſt ſententia. * Si ſtare debet *quid faciat* pro noſtro *quod f.* alienum et abſurdum eſt, quod Cicero ſubiungit, cum e noſtra interpunctione dictum ſequatur Ciceronis ingenio et vrbanitate dignum. taceo, quod interrogationes duae, quas hic ponunt editores, rurſus inanes ſunt. * *neminem* — — *dignitates.* His verbis non modo nihil deeſt, ſed etiam ſupereſt tantum, quantum vncis incluſimus, adiectum, vt videtur, ab inepto librario e gloſſa, quam alius ad effingendam legis formulam adſcripſerat. Nimirum haec epiſtolae pars, cum iis, quae Cicero addit, in alienum locum traiecta erat. nos in ſuum reſtituimus, vt ſcil. ſubiiciatur verbis Ciceronis: *nam paucis* — *immigrabit.* Sic vtriusque loci difficultas tollitur, et Ciceronis reſponſum: *quisq.* — — *facit* Cicerone dignum eſt, quod, ſi praemittitur *an neſcitis*, *nem.* etc., inſulſi hominis praebet inſolentiam. Sed liceat omnia expromere. Miror, legem ipſam, vt hoc loco proponitur, non antiquatam eſſe. Quomodo ea, iubente aut probante Caeſare, ferri potuit, cum ex Suet. Caeſ. 75. Pompeianis permiſerit magiſtratus et imperia capere; cum Dio L. 43. c. 50. idem tradat, confirmetque [ex] Antonii perſona c. 39? Sed quid opus eſt talibus teſtimoniis, cum exempla BRVTI et CASSII habeamus, quibus vel

nisi aut emisero Brutum, aut frumento iuuero. Quid? 7
hoc placetne veteranis illis? quibus adhuc omnia integra sunt; quoniam vos assentationibus et venenatis muneribus venissis deprauati. At militibus inclusis opem fertis. nihil moror, eos saluos esse, et ire, quo iubetis; si tamen patiuntur perire eum, qui meruit. Concordiae factam 8
esse mentionem scribitis in senatu, et legatos esse consulares quinque. difficile est credere, eos, qui me praecipitem egerint, aequissimas conditiones ferentem, et tamen ex his aliquid remittere cogitantem, putare,

vel maxime Pompeianis praeturam dederat? Deinde prudenter scilicet et caute illud: *qui viuat;* quasi mortui hac lege exemti esse debeant. *Dignitates* numero plurali tolli voluit b. Ernesti, quod valde probo, sed ita, vt non putem, legis formulam aut eius partem afferri. Cum apud alios scriptores haec lex, quod sciam, non commemoretur, facile eius sententia ignorari ab antiquis glossatoribus potuit. Fortasse ad Pompeii posteros tantum pertinuit, vt his non liceret Romae magistratus gerere, aut, qui ex iis gessterint, pristinam dignitatem obtinere. Propter pertinaciam liberorum Pompeii id minus acerbum videri potuit.

§. 7. * *ven. deprauati.* Extremum verbum *depr.* quod Ciceroni attribuunt, vindicaui Antonio, vt Cicero incipiat ab: *an corr.* Nam *venissis* ob ambiguitatem non potest scribi pro *veniissis.* Verosimile tamen est, Ciceronem repetito verbo scripsisse: *Deprauati aut corrupti* etc. et sic, subiecto statim meliori verbo, illud tacite correxisse. Sic facit ad Diu. XI, 21. vid. ad ep. D. Bruti VIII. anal. extr.

§. 8. * *credere — putare:* alterum superuacaneum est: genuinum tamen vtrumque esse, vix dubitandum. Vid. Gronov. ad Sen. de ira I. 3. Similis locus Planc. ep. VIII. §. 4. *praecip. eg.* eo adegerint iniquitate sua, vt vltima experiri, et bello decernere statuerem.

§. 8. Hic omnia recte, et pro sua caussa commode.

tare, aliquid moderate aut humane esse facturos. vix etiam verisimile est, qui iudicauerint hostem Dolabellam, ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse idem
9 sentientibus. Quamobrem vos potius animaduertite, vtrum sit elegantius et partibus vtilius, Trebonii mortem persequi, an Caesaris: et vtrum sit aequius, concurrere nos, quo facilius reuiuiscat Pompeianorum caussa toties iugulata, an consentire, ne ludibrio simus inimicis; qui-
10 bus, vtri nostrum ceciderint, lucro futurum est. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes: qui vsque eo felix est, vt iisdem ornamentis deceperit vos,
11 quibus deceptum Caesarem gloriatus est. Mihi quidem constat, nec meam contumeliam nec meorum ferre; nec deserere partes, quas Pompeius odiuit, nec veteranos sedibus suis moueri pati, nec singulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem, quam dedi Dolabellae; nec Lepidi societatem violare piissimi hominis; nec Plancum prodere,
12 participem consiliorum. Si me rectis sensibus euntem dii immortales, vt spero, adiuuerint; viuam libenter. sin autem

§. 9. *elegantius* honestius. *partibus* sc. nostris.

§. 10. *vnius* sc. partis Caesarianae. *lanista:* committente, impulsore.

§. 12.

§. 9. *elegantius* contra vsum communem verbi dixit; vnde Cicero ironice: „atqui hoc bello de *elegantia* quaeritur!" *partibus:* hoc etiam Cic. reprehendit, quod *bellum* potius ille nefarium suscepit, et ad §. 13. partium omnino nomen exstinctum esse dicit. Ipse tamen ad Brut. II. 6. *partes* nominat, et ab aliis nominari affirmat.

§. 10. *Corporis*, *aciei*, *lanistae* metaphorae miscentur: et, si quis cauillari voluerit, Cicerone lanista constituto, omnes Caesariani erunt gladiatores.

autem aliud me fatum manet; praecipio gaudia suppliciorum vestrorum. Namque si victi Pompeiani tam insolentes sunt: victores quales futuri sint, vos potius experiemini. Denique summa iudicii mei spectat huc, 13
vt meorum iniurias ferre possim, si aut obliuisci velint ipsi fecisse, aut vlcisci parati sint vna nobiscum Caesaris mortem. Legatos venire non credo, bellum quo veniat: cum venerint, quae postulent, cognoscam.

L. CORN.

§. 12. *praecip.* — — *vestrorum* etiam cum voluptate moriar, quia in morte gaudebo de suppliciis, quae vobis parata sunt. De morte sua non diserte dicit, ominis vitandi caussa, ex qua ratione et illud: *sin autem — manet.* Male hic Strothius.

§. 13. *meorum* vestras. * *legatos — veniat.* Neque haec integra videbuntur, si ex iis spectes, quae Cicero interponit.

§. 12. *vos p. exp.* quid illud *potius* oppositum habet? Melius hoc totum omisisset: grauior antecederet interrogatio: *vict. — sunt?*
§. 13. *si — fecisse* ambigua sententia: et cum eodem redire debeat quo *aut vlcisci* etc. male geminatum *aut* ponitur. *cum ven.* melius dixisset: *si tamen venerint.* In fine tale quid desideres: *et, quae salua fide et pietate facere possum, si per ipsos licebit, faciam.* Nam sine tali sententia, quid opus erat, illa tam inania dici?

L. CORN. BALBI EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Balbus maior, Hiſpanus homo, Gadibus oriundus cum labore militiae, et fide aduerſus Pompeium aliosque claros viros, tum etiam prudentia et humanitate, non vlla facundiae aut doctrinae commendatione, Romae aliquis eſſe coeperat. Cicero quidem in oratione pro Balbo, (nam is ipſe eſt;) vbi locus erat, eius omnia ornamenta enarrandi, nihil de doctrina, vtpote quae nulla eſſet, multa de eius fide, officio, humanitate dicit; ſed quam vere, non eſt huius loci demonſtrare. Quod inſtituti noſtri eſt, iam prope diximus. Eius epiſtolae non propter aliquam orationis virtutem inter Tullianas locum obtinuerunt, ſed quia Tullius eas ſuis ſubſcripſerat. Noſtro quidem ſenſu ſunt ita vitioſae, vt mirari ſubeat, quomodo is, qui per multos annos non modo ſummos oratores loquentes audierit, ſed etiam, vt familiaritate iunctus, in eorum vixerit ſermonibus, tam tardus ad intelligendum et iudicandum reperiri potuerit. Sed corruptus ſplendoris ac diuitiarum, vt opinor, admiratione animus ad nihil aliud in conuictu hominum, omnique vita, ſibi attendendum decreuerat, niſi vnde quam plurimum lucri ad amplificandas copias et opes facere poſſet.

BALBI EPIST. I.

(Att. VIII. 15)

Perſuadere conatur Ciceroni, vt Caeſarem et Pompeium ad concordiam reuocet.

BALBVS CICERONI IMP. S.

Obſecro te, Cicero, ſuſcipe curam et cogitationem digniſſimam tuae virtutis, vt Caeſarem et Pompeium, perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas. crede mihi, Caeſarem non ſolum fore in tua poteſtate, ſed etiam maximum beneficium te ſibi dediſſe iudicaturum, ſi hunc te reiicis. Velim, idem 2
Pompeius faciat: qui vt adduci tali tempore ad vllam conditionem poſſit, magis opto, quam ſpero. ſed cum conſtiterit,

§. 1. *fore i. t. pot.* tibi in hac re obtemperaturum. Tam anguſto ſenſu ſaepius dicitur, vt Brut. et Caſſ. ep. I. §. 3. Pollionis ep. I. §. 7. ad diu. V. 4. Att. I. 10. Curt. III. 5. *te reiicis:* te contuleris, ſi illud egeris.

§. 2. *quam ſp.* quod ob timorem non fidit Caeſari.

§. 3.

Argumentis auctor pro ſua cauſſa his vtitur: *a*) digniſſimam eſſe hanc curam Ciceronis virtute: *b*) Caeſarem fore ad reconciliationem procliuem, et Ciceronis operam pro beneficio habiturum: *c*) Pompeium item, vbi timere deſierit, Ciceronis auctoritati obtemperaturum: *d*) ſi conſul Romae maneat, conſilio ſenatus accedente, eam rem facilius perfici poſſe: *e*) Caeſaris factum de Corfinio quod laudat, ad eius commendationem ſine dubio vult valere: *f*) ſub finem obſcurius a Caeſaris erga Cic. fide argumentum petit. Satis quidem ieiune rem tam difficilem maxime a facili commendat. Omnino res fuiſſet maioris operis, vt Cicero, qui re integra fruſtra de pace egiſſet, bello exorto iſtuc permoueretur. Argumentum illud primum ab honeſtate ductum exornari debebat: tum laudis ſtimuli admouendi tali viro, qui reip. iterum conſeruator futurus eſſet: timor denique incutiendus victoris, vtcunque fuerit.

ſtiterit, et timere deſierit, tum incipiam non deſperare, tuam auctoritatem plurimum apud eum valituram.
3 Quod Lentulum meum, conſulem, voluiſti hic remanere, Caeſari gratum, mihi vero gratiſſimum medius fidius feciſti. nam illum tanti facio, qui non Caeſarem magis diligam: qui ſi paſſus eſſet, nos ſecum, vt conſueramus, loqui, et non ſe totum etiam et etiam ab ſermone noſtro auertiſſet, minus miſer, quam ſum, eſſem. nam caue putes, hoc tempore plus me quemquam cruciari, quod eum, quem ante me diligo, video in conſulatu quiduis
4 potius eſſe, quam conſulem. Quod ſi voluerit tibi obtemperare, et nobis de Caeſare credere, et conſulatum reliquum Romae peragere; incipiam ſperare, etiam conſilio ſenatus, auctore te, illo relatore, Pompeium et Caeſarem coniungi poſſe. quod ſi factum erit, me ſatis
5 vixiſſe putabo. Factum Caeſaris de Corfinio totum te probaturum ſcio. quomodo in huiusmodi re, commodius

§. 3. *meum, conſ.* Sic tacite edidit Ern. pro: *conſ. m.* recte; niſi forte τὸ *conſulem* a gloſſatore adiectum.

§. 5. *quom.* —— *re* vt in tali re, quatenus in re luctuoſa quidquam commode cadere poteſt. * *te pr. ſcio.* Ex ſolo Vrſini libro haec lectio depromta. reliqui fere omnes: *me pr. ſciet.* Hoc ita defendi poteſt, vt intelligatur *tibi*, et reſcribatur: *ſcio, et.* Pariter *o* excidit §pho 6. vbi Graeuii codd. habent *ſcire.*

§. 6.

fuerit. Denique res non Corn. Balbum aliquem, ſed M. Brutum deſiderabat.

Initium fit ſatis ex abrupto. Melius certe erat: *Si quid vnquam pro me* etc. *ſuſcipe*, *obſecro*, etc. *te reiicis* inſolenter dictum, et melius eſſet: *reiiceris.*

§. 3. *tanti* — *qui* rurſus durum, pro *t.* — *vt.* *quiduis potius* contumelioſum eſt: ergo *lictorem, carnificem?* etc.

§. 4. *coniungi p.* poſſe tantum? imo coniunctum iri. *me* — *putabo.* tale πάθος in animo ſenſim commoto credibile eſt; h. l. friget.

dius cadere non potuit, quam vt res sine sanguine con-
fieret. Balbi mei tuique aduentu delectatum te, valde 6
gaudeo. is quaecunque tibi de Caesare dixit, quaeque
Caesar scripsit, scio, re tibi probabit, quaecunque fortuna
eius fuerit, v e l i s s u m m e scripsisse.

BALBI

§. 6. *Balbi m.* ex fratre nepotis, de quo infra leges multa Poll. ep. II. * *velissumme:* sic omnes mss. habent, excepto vno, in quo ex librarii sine dubio correctione est *bellissime.* Manutius autem illud sustulit et posuit *verissime:* si de Balbi αὐτογράφῳ quaeritur, recte; sin de Ciceronis exemplo, male. Mihi quidem verosimillimum est, Ciceronem deprauatione verbi, vt *l* pro *r* poneret, (cf. interprr. ad Diu. II. 10. de *Hillo*) balbi pronuntiationem expressisse, vel vt ideret Balbum a vitio linguae cognominatum, a quo se derideri putaret, (v. ep. cui huius exemplum subscriptum, extr.) vel vt ironica quadam emphasi, ad quam detorquet hoc verbum, et quam nos, nostratium more, in textu spatiis interiectis significauimus, Attico ad intelligendum daret, se non credere, aut non curare Caesarem *verissime* scripsisse. Ita secutus est illud ridiculum, quod oratoribus interdum concedit de Or. II. 59 f. Neque vero tam inhumanum ap. Romanos habebatur, quam apud nos, corporis vitia in aliis quocunque modo notare. Num duplex *m* ponendum sit, an vnum, leuis est quaestio: et apparet, in vtramque partem disputari posse. nos mss. secuti vtrumque scripsimus. Potest et hoc ad imitationem Balbi pertinere, qui non ab infantia ad pronunciationem linguae latinae fortasse formatus fuit, vnde non absurde credas, eum plura vitiose extulisse.

§. 5. *quomodo* pro *vt*, quo Cicero plerumque in restrictione vtitur, durius iudicat Ern. Sed etiam illud Cicero ponit Att. IX. 7. *sana mente* — q u o m o d o *in tanta insania:* et ad diu. XIV. 14. *Q u o m o d o quidem nunc* etc. quam etsi dubiam lectionem Ern. ibi habet.

§. 6. *quaecunque fort. eius f.* quid si exsul, proscriptus, trucidatus fuerit? an tum quidquam de se aut a se promissum efficere poterit?

BALBI EPIST. II.

(Att. IX. 6)

Suadent Ciceroni Balbus et Oppius, vt a bello abstineat, et Romae Caesari praesto sit. Certiora tamen, si Cicero velit, ex Caesaris litteris promittunt.

BALBVS ET OPPIVS S. D. M. CICERONI.

Nedum hominum humilium, vt nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex euentu, non ex voluntate, a plerisque probari solent: tamen freti tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo, quod

§. 1. *Nedum.* De hac particula monendum arbitror, *ne* dici ob solere pro *non*, et paragogicum *dum* exprimere fere *iam*: vnde et *ne* simpliciter interdum adhibetur pro *nedum*. Cic. Verr. IV. 23. vid. ad quos ibi prouocat Ern. Pertinet autem negatio ad omissum vbique *dicam*, vt gr. μὴ (λέγοιμι) ὅτι —— ἀλλὰ καὶ etc. vt declaretur, rem per se claram esse. Valet igitur in vtramque partem, vt fere permutare possis cum *multo minus*, sed etiam cum *multo magis.* Eodem plane sensu inuenies *non dicam* M. Bruti ep. VI. §. 4. Possis ergo h. l. orationem ita integrare: *Non iam dicemus hom. hum.* etc. (*nam ita cum his agi res nota;*) *sed etiam* etc.

§. 2.

Respondent ad Ciceronis ep. in qua scriptum fuerat, vt sibi consulerent, num aduersus Pompeium pugnare deberet, an concedente Caesare remanere; fortasse et illud, vt definerent hortari ad reditum in vrbem, et vtriusque reconciliationem. Ergo post exordium ad hoc primum §pho 2. deinde §pho 3. ad illud: denique certius quid et exploratius pollicentur §pho 4. Difficile est, hunc ordinem deprehendere, quia aliud ex alio tam inepte nexum est, vt te aegre explices.

§. 1. Ante *nedum* melius erat *etsi* ponere. Sed meliores scriptores ab initio sententiae *nedum* non ponunt.

quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, at certe ab optima fide et optimo animo proficiſcetur. Nos, niſi, quod noſtro iudicio 2
Caeſarem facere oportere exiſtimamus, vt ſimul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiae ſuae et Pompeii, id eum facturum, ex ipſo cognouiſſemus, te hortari deſineremus, vt velles iis rebus intereſſe, quo facilius et maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret: aut, ſi ex contrario putaremus, Caeſarem id non facturum, et eum velle cum Pompeio bellum gerere ſciremus; numquam tibi ſuaderemus, contra hominem optime de te meritum arma ferres; ſicuti te ſemper orauimus, ne contra Caeſarem pugnares. Sed cum et- 3
iamnum, quid facturus Caeſar ſit, magis opinari, quam ſcire poſſimus: non poſſumus, niſi hoc; non videri eam tuam eſſe dignitatem, neque fidem omnibus cognitam, vt contra alterutrum, cum vtrique ſis maxime neceſſarius, arma feras. et hoc, non dubitamus, quin Caeſar pro ſua humanitate maxime ſit probaturus. Nos tamen, ſi tibi vide- 4
bitur, ad Caeſarem ſcribemus, vt nos certiores faciat, quid hac

§. 2. *te hort. deſ.* fruſtra enim aut intempeſtiue nimis et praepropere hortaremur ad rem incertiſſimam per ſe. *hom. — — meritum* Pompeium.

§. 3. *magis opinari:* poteſt enim non ſerio ſcripſiſſe: poteſt pro re nata ſententiam mutare.

§. 4.

§. 2. Periodus, quae hic incipit, non delectat ſententiarum apta coagmentatione, ſed dura traiectione mentem impedit. *aut ſi ex c.* male h. l. *aut* ponitur: imo *et* dicendum erat, vel vtendum potius tranſitionis formula. ſequitur enim res plane diuerſa, ne Cicero contra Pomp. pugnet.

hac re acturus ſit: a quo ſi erit nobis reſcriptum, ſtatim, quae ſentiemus, ad te ſcribemus: et tibi fidem faciemus, nos ea ſuadere, quae nobis videntur tuae dignitati, non Caeſaris actioni, eſſe vtiliſſima. et hoc Caeſarem pro ſua indulgentia in nos probaturum putamus.

BALBI EPIST. III.

(Att. IX. 6.)

Confirmat Balbus, quod cum Oppio ſuaſerat, et ſe item probante Caeſare domi manere oſtendit; addit, ſibi placere, vt Cicero praeſidium a Caeſare petat.

BALBVS CICERONI IMP. S.

S. V. B. E. Poſteaquam litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Caeſare epiſtolam accepi, cuius exemplum tibi miſi; ex quibus perſpicere poteris, quam cupiat concordiam, et Pompeium reconciliare, et quam remotus ſit ab omni crudelitate: quod eum ſentire, vt de-
2 beo, valde gaudeo. De te et tua fide et pietate idem meher-

§. 4. * *actioni:* ſic habent omnes mſſ. Inſolentius dicitur pro *eo, quod aget:* ſed non mutandum puto in *rationi.*

---

§. 1. *cuius exemplum* vid. infra. eſt Caeſaris ep. II.

§. 2.

§. 4. *et t. f. faciemus:* hoc neſcio quid magni promittit. ſimplicius et melius diceres: *et profecto ea tibi ſuadebimus* etc.

---

§. 1. Non potuit fere exordium, niſi a Caeſaris epiſtola, proficiſci. hoc ergo recte.

§. 2. Commodius et breuius erat: *Tibi, mi Cicero, ſcis, quid cum*

mehercule, mi Cicero, ſentio, quod tu; non poſſe tuam
famam et officium ſuſtinere, vt contra eum arma feras,
a quo tantum beneficium te accepiſſe praedices. Caeſarem
hoc idem probaturum, exploratum, pro ſingulari eius huma-
nitate, habeo; eique cumulatiſſime ſatisfacturum te certo
ſcio, cum nullam partem belli contra eum ſuſcipias, neque
ſocius eius aduerſariis fueris. Atque hoc non ſolum in te, 3
tali et tanto viro, ſatis habebit, ſed etiam mihi ipſe ſua
conceſſit voluntate, ne in iis caſtris eſſem, quae contra
Lentulum aut Pompeium futura eſſent; quorum beneficia
maxima haberem: ſibique ſatis eſſe dixit, ſi rogatus vr-
bana officia ſibi praeſtitiſſem; quae etiam illis, ſi vellent,
praeſtare poſſem. itaque nunc Romae omnia negotia
Lentuli procuro, ſuſtineo, meumque officium, fidem,
pietatem his praeſto. Sed mehercule rurſus iam abiectam 4
com-

§. 2. *eum — a quo* etc. Pompeium. vid. ad Antonii ep. I. §. 5.

§. 3. *quor. benef. m.* a Pompeio ius ciuitatis, a Lentulo, quod illi commendatus fuerat, vt Manut. h. l. cenſet. Nomen *L. Cornelii*, idem putat, ab hoc Lentulo accepiſſe: ſed cum Baylio (Dictionn. art. *Balbus*) rectius illud beneficium ad legis auctores, de quibus in orat. pro Balbo, referunt. * *quae etiam — — poſſem.* Multa hic, ſed leuia tantum, de textu diſputari poſſent. Strothius in antec. pro *rogatus* edidit *togatus*, neſcio an operarum errore. neque tamen tam facilis coniectura ſpernenda, quod illud otioſum videtur, niſi forte adiectione huius verbi cauere Caeſar voluit, ne quid Balbus male ſedulus, et contra ſua conſilia agens, peccaret.

§. 4.

cum Oppio ſuaſerim: neque nunc ſententiam mutaui.

§. 3. Quod exemplo ſuo rem confirmat, laudandum; et optime illud *tali et t. v.* quem quippe indignum ſit in vllam partem cogere, et *mihi*, qui ipſi deuinctus magis ſim, nec tecum dignitate conferendus.

compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto; quoniam Caeſar eſt ea mente, qua optare debemus. Hac re mihi placet, ſi tibi videtur, te ad eum ſcribere, et ab eo praeſidium petere, vt petiſti a Pompeio, me quidem approbante, temporibus Milonianis. praeſtabo, (ſi Caeſarem bene noui,) eum prius tuae dignitatis, quam
5 ſuae vtilitatis, rationem habiturum. Haec quam prudenter tibi ſcribam, neſcio: ſed illud certe ſcio, me ab ſingulari amore ac beniuolentia, quaecunque ſcribo, tibi ſcribere: quod te (ita, incolumi Caeſare, moriar) tanti facio, vt paucos aeque ac te caros habeam. De hac re cum aliquid conſtitueris, velim mihi ſcribas. nam non mediocriter laboro, vt vtrique, vt vis, tuam beniuolentiam praeſtare poſſis: quam mehercule te praeſtaturum confido. Fac vt valeas.

BAL-

§. 4. *Hac re*, quia iam redituri Pompeiani (nam ſpes compoſitionis eſt;) vim tibi facere poſſint. alium nexum horum verborum non video.

§. 5. *ita, inc. Caeſare, m.* Hoc genus adulationis aduerſus principem poſtea lege fuit commendatum, vt h. l. Popma docet.

§. 4. *ſpem n. deſper.* παρηγμένον non illepidum.

§. 5. *quam — conſ.* plenius haec dici oportebat: *quam tamen, ſi minus ad vtriusque voluntatem, at re ipſa, pro tua prudentia te praeſt. conſido.*

BALBI EPIST. IV.

(Att. IX. 13)

Caesaris litteras mittit, et se ostendit pacis esse perquam cupidum.

BALBVS CICERONI IMP. S.

Caesar nobis litteras perbreues misit, quarum exemplum subscripsi. breuitate epistolae scire poteris, eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breuiter scripserit. Si quid praeterea noui fuerit, statim tibi scribam.

Caesar Oppio Cornelio s.

A. d. VII. Id. Mart. Brundisium veni. ad murum castra posui. Pompeius est Brundisii. misit ad me N Magium de pace. quae visa sunt respondi. hoc vos statim scire volui. cum in spem venero, de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam.

Quo-

§. 1. *tanta de re:* nam ea erat occasio vel componendi vel serio instruendi belli.

§. 2. *mis. ad me.* Hoc non consentit cum Caes. B. C. I. 24 et 26, vbi Magius a Caesare missus, nec ad ipsum remissus traditur. Ergo nisi

Prior pars facit epistolium valde aptum ad mittendas Caesaris litteras. Quae §. 3. adscripta, ea nec necessaria nec concinna sunt: quibus auctor tantum Ciceroni pacis amanti videtur voluisse gratificari, idem declarans studium.

§. 1. *scire;* imo *coniicere* vel *suspicari* tantum, quia potuit et alia caussa esse breuitatis.

3 Quomodo me nunc putas, mi Cicero, torqueri, posquam rursus in spem pacis veni, ne qua res eorum compositionem impediat? namque, quod absens facere possum, opto. quodsi vna essem, aliquid fortasse proficere possem videri. nunc expectatione crucior.

A. BI-

nisi h. l. falsi quid. scribendi caussam habuit, iterum Magius de colloquio missus non rediisse credi pôtest, vt prioris reditus ibi mentio non fiat. * *N. Magium*, h. e. *Numerium M.* Plutarchus simpliciter (vit. Pompeii) *Numerium* quasi gentilitio nomine appellat, excusandus ob hunc errorem, si tamen diligentissimus rerum Romanarum indagator errauit. In aliis certe nomen fuit, vnde *Numeriani* dicti: et diserte Asconius ad Cic. Pis. *Quintum Numerium* commemorat, non *Quintium*, vt de gente dicatur, cui cum aliis quibusdam hoc praenomen vsitatum fuit. v. Spanhem. de vsu et pr. n. T. II. p. 26 s. Sed Magio praenomen *Cneii* datur Caes. ep. II. et B. C. l. l. Puto ergo duplex ei praenomen fuisse, quorum alterum pro gentilitio nomine valeret, vt modo *Cn. Numerius* modo *N. Magius* diceretur, vt in *Sulpiciis* et *Claudiis* obtinuit. Conferat tiro Heusing. ad Nepot. Att. 2. §. 2. *quae v. sunt:* maxime illud, ad colloquium esse conueniendum.

§. 3. *torqueri:* lenius et aptius videtur *timere.* Offendit etiam primo intuitu adiecta sententia: vnde Cicero in contrarium sensum videtur detorquere ep. seq. *pax — — torqueri se. qu. possum:* interponeres *vnum. opto* vt verbum *timeam* D. Brut. VIII. 1. tam nude positum frigidius videtur legenti: recitantis vox et gestus emphasin facilius declarat. Cicero autem ad Bruti ep. respondet: *vt timeas aliquid. expectatione:* significantius diceremus: *spe metuque.*

A. BITHYNICI EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

A. Pompeius Bithynicus patrem habuit Q. Pompeium eum, qui primus Bithynici cognomen accepit. Pater cum esset, vt Cicero narrat, (Brut. c. 68.) *summo studio dicendi, multaque doctrina, incredibili labore atque industria, et Ciceroni cum amicitia, tum studiis exercitationibusque coniunctus;* suspicari licet, filium epistolae huius auctorem, pro more disciplinae Romanae, ad bonum scriptorem aliquid e consuetudine patris traxisse *).

(ad diu. VI. 16)

Rogat Ciceronem, vt se absentem tueatur.

BITHYNICVS CICERONI S.

Si mihi tecum non et multae et iustae caussae amicitiae priuatim essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus

tibus

§. 1. *priuatim* non oppon. *τῷ publice* h. l. sed rei, quae ab aliis quibuscunque, vt parentibus, proficiscitur.

§. 2.

Nihil in hac epistola, quamuis breui, desideres praeter meliorem clausulam.

Quod ad amicitiam parentum prouocat, iure facit, et

bene;

*) Ipsum patrem, non filium esse, de quo illud dicatur, statuit Corradus in comment. ad l. l.

tibus noſtris; quod faciendum iis exiſtimo, qui pater-
2 nam amicitiam nullis ipſi officiis proſecuti ſunt. Itaque contentus ero noſtra ipſorum amicitia: cuius fiducia peto a te, vt abſentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare, ſi nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Vale.

D. BRV-

§. 2. *abſentem:* Siciliae propraetorem. *tueare.* omnes abſentes ſic ſe commendabant amicis Romae manentibus: hic etiam, vt Caeſaris amicus, Pompeianis ob eam rem exoſus, aliquo praeſidio aduerſus hos opus habuit. * *ſi — exiſtimas:* ms. Ern. habet *exiſtimes,* non male, vt ipſe quidem vult. rationem acerrimi iudicis non aſſequor. Quid ſi legamus *ſic?* ita ſane coniunctiuus neceſſario ſequitur, et ſententia oritur aptior et aptius poſita.

bene; melius etiam, quod tam breuiter et ita, vt nihil in ea ad ſui ipſius commendationem ponat.

§. 2. *ſi null.* etc. mallem, hoc auctor poſuiſſet poſt *peto a te, vt.* aut plenius paullo ſic: *ſi quidem, vt certe facis, null.* etc. aures aliquid deſiderant. Vide tamen, ſi tanti eſt, explicationem.

D. BRVTI EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

D. Iunius Brutus, cui et Albini cognomen tribuunt, prudentia, fortitudine, patriae amore nemini eorum cedebat, quorum sua aetate insignis erat in republica opera. Quod autem nostri operis est, id huic laudi quin subiungamus, non debemus dubitare. Oratio eius non multo melior est Balbi oratione, et fere vna breuitate quibusdam in locis praestat. Neque tamen illa insignis et vndique praecisa breuitas, qua sibi videtur placuisse, vbique est boni scriptoris, sed plerumque reperitur invenusta et indocta: nec Cicero eam serio laudasse putandus est. Coniunctionibus, quae aliquid lucis eius obscurae breuitati afferre possent, sententias raro nectit: in reliquis verbis insolentior est: τὸ *posse* fere cum aliis verbis, quasi in eo nulla vis insit, ex vulgi, opinor, consuetudine coniungit; quo fit, vt falsae oriantur sententiae, v. g. III. 1, 2, 3. IV. 3. VIII. 4. Si qua passim meliora habet, ea facile e M. Bruti et Ciceronis consuetudine addiscere potuit: ad breuitatem autem et λακωνισμὸν vel ob ingenium feruidius pronior suapte natura fuit, vel etiam studio et meditatione, quod eam laudem facilius, quam splendidiores orationis virtutes, se assequi posse existimaret.

D. BRV-

D. BRVTI EPIST. I.

(ad diu. XI. 1)

Habitum cum Hirtio ſermonem exponit: poſtulatam a ſe legationem liberam ſignificat: ſuum conſilium oſtendit, vel migrandum ex Italia eſſe, vel poſtulandum publicum in vrbe praeſidium.

D. BRVTVS BRVTO SVO ET C. CASSIO S.

Quo in ſtatu ſimus, cognoſcite. Heri veſperi apud me Hirtius fuit: qua mente eſſet Antonius, demonſtrauit; peſſima ſcilicet et infideliſſima. Nam ſe neque mihi prouinciam dare poſſe aiebat, neque arbitrari, tuto in vrbe eſſe quemquam noſtrum: adeo eſſe militum
2 concitatos animos et plebis. Quod vtrumque eſſe falſum puto vos animaduertere: atque illud eſſe verum, quod Hir-

§. 1. * *peſſ. — infideliſſ.* in Cicerone hoc eſſet gloſſema: neſcio, an etiam in hoc breuitatis tam ſtudioſo, et ad viros tales iam ſcribente.

§. 2.

In ſumma animi perturbatione haec exarauit Brutus et, vt res docet, feſtinanter, vt mature a Br. et C. reſponſum habere poſſet, quod hora quarta fortaſſe domo abfuturus erat. Quo aequiores hic debemus iudices eſſe. Neque vero perturbate aut obſcure haec ſcripta ſunt. Quae §. 7. dicuntur, aptiorem locum haberent poſt §phum 3. Sed hoc vel in alia quauis epiſtola excuſandum. Sed, ſi vna, eaque integra epiſtola haec eſt, in eo peccauit auctor, quod non de extremo Hirtii ſermone plura dixit: in quo aliquid eſſe debuit, quare ipſe, repudiata liberae legationis conditione, praeſidium publicum poſtulare decerneret.

§. 1. Primarium epiſtolae conſilium breuiſſima ſententia: *quo — cognoſcite*, et abrupte quodammodo, recte tamen, indicatur.

Hirtius demonſtrabat; timere eum, ne, ſi mediocre au-
xilium dignitatis noſtrae habuiſſemus, nullae partes iis in
republica relinquerentur. Cum in his anguſtiis verſarer, 3
placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem liberam mihi,
reliquisque noſtris, vt aliqua cauſſa proficiſcendi honeſta
quaereretur. Haec ſe impetraturum pollicitus eſt: nec ta-
men impetraturum confido; tanta eſt hominum inſolentia
et noſtri inſectatio. Ac ſi dederint, quod petimus; ta-
men paullo poſt futurum puto, vt hoſtes iudicemur, aut
aqua et igni interdicamur. Quid ergo eſt, inquis, tui 4
conſilii? dandus eſt locus fortunae: cedendum ex Italia:
migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum arbitror. Si
melior caſus fuerit, reuertemur Romam: ſi mediocris,
in exilio viuemus: ſi peſſimus, ad nouiſſima auxilia de-
ſcendemus. Succurret fortaſſe hoc loco alicui veſtrum, 5
cur

§. 2. * *Quod vtrumque:* Ciceronis eſſet: *quorum vtr.* in noſtro *quod* non ſollicitandum. ſic infra VIII. 5. *vtrisque nobis*, cui Cic. ep. ſeq. reſpondet: *vtrisque veſtrum.* *iis* Caeſaris amicis, quos facile intelligerent Br. et C. ſic §. 7. *illos* et *iis.*

§. 3. *legationem lib.* v. Ern. Clav. Cic. ſub lege *Iulia.* Stroth. epp. ſelect. p. 162. exprimit: *unbedingter Urlaub mit Geſandten-Charakter.*

§. 4. *caſus* v. anal. *nouiſſima aux.* ad extrema, bellum ſc. ciuile.

§. 5. *S. Pomp.* in Hiſpania. *Baſſum* in Syria.

§. 6.

§. 2. *mediocre:* melius: *vel med.*

§. 4. *mel. caſus:* interponeres *quis.* ſed *caſus* apte et breuiter dicitur pro conditione et fortuna, quam caſus afferre poſſit. De eo vero neſcio, quid vſus tulerit, quod, cum ad duos ſcriberet, vnum tantum Brutum, ne nomine quidem addito, alloquitur: *inquis;* et infra *pro Caſſio et te:* quod noſtris moribus ſtultum et ruſticum iudicaretur.

cur nouiſſimum tempus expectemus potius, quam nunc
aliquid moliamur? quia vbi conſiſtamus, non habemus,
praeter Sex. Pompeium et Baſſum Caecilium: qui mihi vi-
dentur, hoc nuntio de Caeſare allato, firmiores futuri.
Satis tempore ad eos accedemus, vbi, quid valeant, ſci-
6 erimus. Pro Caſſio et te, ſi quid me velitis recipere, re-
cipiam. Poſtulat enim hoc Hirtius, vt faciam. Rogo
vos, quam primum mihi reſcribatis. nam non dubito,
quin his de rebus ante horam quartam Hirtius certiorem
me ſit facturus, quem in locum conuenire poſſimus.
7 Quo me velitis venire, reſcribite. Poſt nouiſſimum
Hirtii ſermonem placitum eſt mihi poſtulare, vt liceret
nobis eſſe Romae publico praeſidio: quod illos nobis
conceſſuros non puto. magnam enim inuidiam iis fa-
ciemus. Nihil tamen non poſtulandum putaui, quod
aequum eſſe ſtatuerem.

D. BRV-

§. 6. *ſi qu. — recipere*, vt vobis impetrare ſtudeam legationem liberam, praeſidium publicum, etc. *de his reb.* haec pertinent ad *conuenire.* *poſſimus* ego et Hirtius.

§. 7. *nouiſſ. ſerm.* extremam eius partem. *inuidiam* odium, quippe qui aduerſus illos tuti eſſe velimus. * *faciemus* Ern. coniicit *faceremus:* et ſic habent Hubert. et Aſc. Mſſ. tamen illud tuentur ſcriptoris, vt videtur, vitium.

D. BRVTI EPIST. II.

(ad diu. XI. 4.)

Res a ſe geſtas exponit, et Ciceronem rogat, vt ſua ſententia ipſi honorem aliquem decernat.

D. BRVTVS IMP. COS. DESIGN. S. D. CICERONI.

Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis
peterem, vt dignitatem meam tuerere. ſed profecto
eſt ita, vt mihi perſuaſi, me tibi eſſe curae. Progreſſus 2
ſum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen impera-
torium captans, quam cupiens militibus ſatisfacere, fir-
mosque eos ad tuendas noſtras res efficere. quod mihi
videor conſecutus. Nam et liberalitatem noſtram, et 3
animum ſunt experti. cum omnium bellicoſiſſimis bellum
geſſi: multa caſtella cepi: multa vaſtaui. Non ſine cauſ-
ſa ad ſenatum litteras miſi. Adiuua nos tua ſententia: 4
quod cum facies, ex magna parte communi commodo in-
ſeruieris.

D. BRV-

§. 1. *dignitatem:* quam auctor h. l. ponit in obtinendo honorifico ſenatus decreto. ſupplicationem videtur petiiſſe ex ad diu. XI. ep. 18.

§. 3. *animum:* qui cum diſtinguatur a *liberalitate*, non eſt *Geſinnung*, ſed *Muth.*

§. 4. * *facies* Ern. ſcripſit *feceris.* cf. ep. I. §. 6. Pro *ex m. p.* Magd. habet: *et m. p.*

Breuitas hic non eſt vituperanda: pluribus ſine dubio verbis ad ſenatum auctor ſcripſerat. Sic et cetera bene et ordine. Quod petit ſtatim ab initio ponit: cauſſas ſubiungit; et in fine rurſus cauſſam ſuam commendat, vt ad formam epiſtolae petitoriae optimam, et quae naturae conſentanea ſit, nihil deſideres.

D. BRVTI EPIST. III.

(ad diu. XI. 9)

Rogat Ciceronem, vt prospiciat, ne, consulibus iam amissis, hostes reipublicae inualescant, et, quid ipse acturus sit, quid reliquis censeat agendum esse, monet.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

Pansa amisso, quantum detrimenti respublica acceperit, non te praeterit. Nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis,
2 sperent se conualescere posse. Ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. sequar eum confestim. vtrumque me praestaturum spero, ne aut Ventidius elaba-
3 tur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventosissimum, Lepidum, mittas, ne bellum

§. 1. *Pansa* cum Hirtio: sed in Pansa maior auctoritas et prudentia. hinc seq. *nunc a. et pr.* tua *pr. oportet.*

§. 2. * *seq. eum* Gorl. et Magd. *seq. enim:* sed illud verum puto. *elabatur:* extra Italiam se cum Antonio coniungat. nam eo consilio ille tres legiones confecerat, e Piceno tentans elabi.

§. 3. *ventosiss.* leuissimum, inconstantissimum. *Lepidum* qui prouincias tenebat Galliam Narbonensem et citeriorem Hispaniam. v. Manut.

Incomta est epistola et ieiuna. Quod ad ordinem rerum attinet, in promtu erat, eum ita constituere, vt diceretur 1) quid sibi, 2) quid reliquis faciendum videretur, aut contra. Nunc de se §. 2 et 5. dicit, de Cicerone et reliquis §phis 1, 3 et 4.

§. 1. *posse* superuacaneum est, vt §pho 3, vbi melius esset *conetur.*

lum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi coniuncto. Nam de Pollione Aſinio puto te perſpicere, quid facturus ſit. multae, et bonae, et firmae ſunt legiones Lepidi et Aſinii. Neque haec idcirco tibi ſcribo, quod te non ea- 4
dem aduertere ſciam, ſed quod mihi perſuaſiſſimum eſt, Lepidum recte facturum nunquam, ſi forte vobis id de hoc dubium eſt. Plancum quoque confirmetis, oro: quem ſpero, pulſo Antonio, reipublicae non defuturum. Si ſe Alpes Antonius traiecerit, conſtitui praeſidium in Al- 5
pibus collocare, et te de omni re facere certiorem. III. Kal. Maii, ex caſtris Regii.

D. BRV-

nut. ad diu. X. 34. *mittas* ſcribas * *redintegrare:* omnes codd. habent *reintegr.* vt de mendo ſuſpicio ſit. *Pollione Aſ.* cuius ſunt infra 3 epiſtolae. *quid f. ſit* firmus quippe propoſito, et Iulianis partibus fidus Vell. II. 63. nec amicus praua aemulatione Ciceroni. Manutii interpretationem h. l. probare non poſſum.

§. 4. * *ſi f. — dub. eſt* Magd. *ſi de vobis forte indub. eſt.*

§. 3. *de Poll. Aſ.* melius eſſet: *Pollio Aſinius*, et tolleretur ſuſpicio ambiguitatis. nam detorqueri poſſit ita: *wie er* (Lepidus) *mit dem A. P. verfahren werde.*

§. 4. Puerilis eſt huius ſphi oratio. nugatoria et verboſa ſunt reliqua, et ratio *qu. — perſuaſ. eſt* etc. hoc quidem loco idoneum nexum, quantum intelligo, non habet.

D. BRVTI EPIST. IV.

(ad diu. XI. 10)

Gratum se aduersus Ciceronem ostendit; et aduersus maleuolos se eius iudicio consolatur: reip. periculum exponit: de alendis militibus conqueritur, cui sumtui vix iam sufficiat.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

Non mihi rempublicam plus debere arbitror, quam me tibi. Gratiorem me esse in te posse, quam illi peruersi sint in me, exploratum habes; si tamen hoc temporis videatur dici caussa, malle me tuum iudicium,
2 quam ex altera parte omnium istorum. Tu enim a certo sensu

§. 1. * *si t.* — — *malle me* vexatus diuersitate scripturae locus. Ego aut proposita lectione probauerim Strothii explicationem, (epp. fell. p. 363) vt *hoc* respiciat ad caussam, ob quam dictitant, D. Bruto satisfieri non posse, et *malle me* cohaerere cum *expl. habes;* aut, quod malim, *τὸ non* adsumam ex Mentel. vt legas: *si tamen non hoc t. v. dici caussa* sc. tibi a me.

§. 2. *a certo s.* non corrupto aut oppresso inuidia, i. e. *recte, sincere.* * *vero* Magd. *vere*, quod non displicet, vt sit item: *ex animo, sincere.*

§. 3.

Epistolae capita in argumento proposuimus, ex quo cognosci potest, nihil in eo esse vitii. Sed de singulis partibus multa moneri possent. Nos pauca adspergemus.

§. 1. Arguta, sed obscura etiam sunt prima, vt quiuis nexum sententiarum non facile assequatur. Sed quo consilio dicatur, *Brutum gratiorem esse vel fore aduersus Ciceronem, quam respublica sit aduersus Brutum*, ego non intelligo. *ex alt. p.* videri possit otiosum, sed facit ipso verborum ambitu ad grauitatem, vt eo maior numerus vni Ciceroni videatur oppositus. Similis locus est Lentuli ep. II. §. 9. cf. expl. huius ep. §. 9 et 10.

ſenſu et vero iudicas de nobis: quod iſti ne faciant, ſum-
ma maliuolentia et liuore impediuntur. Interpellent me, 3
quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent, quo mi-
nus reſpublica a me commode adminiſtrari poſſit. Quae
quanto ſit in periculo, quam potero breuiſſime exponam.
Primum omnium quantam perturbationem rerum vrbana- 4
rum afferat obitus conſulum, quantamque cupiditatem ho-
minibus iniiciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa
ſcripſiſſe, quae litteris commendari poſſint, arbitror.
ſcio enim, cui ſcribam. Reuertor nunc ad Antonium: 5
qui ex fuga cum paruulam manum militum haberet iner-
mium, ergaſtula ſoluendo, omneque genus hominum ar-
ripiendo, ſatis magnum numerum videtur effeciſſe. Huc 6
acceſſit manus Ventidii, quae trans Apenninum itinere
facto difficillimo ad Vada peruenit, atque ibi ſe cum An-
tonio coniunxit. Eſt numerus veteranorum et armato-
rum ſatis frequens cum Ventidio. Conſilia Antonii haec 7
ſint,

§. 3. *quo m. h. ſim*, ne nomen meum in faſtis adſcribatur. *reſp*, intellige: bello prudenter gerendo.

§. 4. *hominibus* Octauiano. nam de reliquis abſens Brutus nihil dicere poterat, quod Cicero non melius noſſet. *vacuitas* vacua reſp. conſulatu. * Magd. cum aliis: *tua caritas*. Poſſet hoc ad nimium Ciceronis amorem erga Octauianum ſpectare, vt prudenter monuiſſe videretur Decimus, ſicut Marcus Brutus, ne nimis hominem ornaret.

§. 9.

§. 4. *commendari* inuſitatum et ambiguum eſt; melius: *committi*.

§. 5. *reuertor:* quod de Antonio in aliis epp. dixerat. Sed durum eſt: quaſi de eo in hac etiam dixerit.

§. 5 et 6. Narratio eſt ſatis ſimplex et aperta.

§. 7. Hic aliquid boni promittere videtur auctor: ſed fallit lectorem. Quomodo conſiliis Antonii occurri poſſit non cognoſcimus. Quodſi haec litteris credi non debebant; nec illa explicari ſatis cauſſae erat.

ſint, neceſſe eſt: aut ad Lepidum vt ſe conferat, ſi reci-
pitur; aut Apennino Alpibusque ſe teneat, et decurſioni-
bus per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca, in quae
incurrerit; aut rurſus ſe in Etruriam referat, quod ea
8 pars Italiae ſine exercitu eſt. Quodſi me Caeſar audiſ-
ſet, atque Apenninum tranſiſſet: in tantas anguſtias An-
tonium compuliſſem, vt inopia potius, quam ferro con-
ficeretur. Sed neque Caeſari imperari poteſt, nec Cae-
ſar exercitui ſuo: quod vtrumque peſſimum eſt. Cum
haec talia ſint: quo minus, quod ad me pertinebit, ho-
mines interpellent, vt ſupra ſcripſi, non impedio.
9 Haec quemadmodum explicari poſſint, aut, a te cum
explicabuntur, ne impediantur, timeo. Alere iam
milites non poſſum. Cum ad rempublicam liberan-
dam acceſſi, H. S. mihi fuit pecuniae quadringen-
ties

§. 9. *haec qu. expl. p.* quae ſequuntur de alendo exercitu. *H. S. — — quadringenties.* Si *ſeſtertius* valet *groſſum* ſ. viceſimam quartam partem *thaleri conuentionis* (quod pretium noſtris tempp. et his in terris iuſto minus videatur) ſumma eſt *thalerorum conuent.* 1666666 cum 16 *groſſis.* * τὸ *pecuniae* in omnibus mſſ. legitur. τὸ *HS.* deeſt in Gorl. in Magd. item, in quo tamen antecedit *acceſſiſſem.* Vtrumque illud genuinum puto. verboſius hoc dicitur ad magnitudinem pecuniae declarandam, vt noſtri addunt *Geldes*, quando de magna pecuniae ſumma loquuntur.

§. 10.

§. 8. *nec C. — ſuo:* durius eſt ſupplere actiuum *imperare.* *cum haec t. ſint — non imp.* Nexus, ſi quis eſt, hic videtur: *Cum in rebus longe grauioribus male conſulatur reipublicae; facile patior, ornamenta mihi debita, quae ſtudium meum excitent, denegari.*

§. 9. *ne imped.* ſc. ab aliis tibi mihique infenſis. Sed calumniae anſam praebet. potuiſſet hoc Cicero ad ſe trahere, quaſi temeraria ratione rem difficultatibus potius implicaturus eſſet, quam ſub ſidia certa prouiſurus.

ties amplius. Tantum abest, vt meae rei familiaris liberum sit quidquam, vt omnes iam meos amicos aere alieno obstrinxerim. Septenum numerum nunc legionum alo; 10
qua difficultate, tu arbitrare. Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem. Cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. III. Non. Maii, ex castris, Dertona.

D. BRV-

§. 10. *septenum n. leg.* Optime Strothius. nempe *septenûm* est genitiuus: et, vt res eo maior appareret, hac circumlocutione dictum pro *septem legg.*

§. 10 *Tu me* etc. Manut. „blanda simul et ingeniosa petitio conferenda cum illa Planci: *te*, *vt dilig.* —— *rogo*„ v. Planci ep. IV. fin. Tales argutias etiam nostri in clausulis epistolarum consectantur, infeliciter, quantum assequor; quoniam et nugatorium est, tralatitia et solennia commutare velle dicere, et infinita varietas non datur, vt nouitatis affectatio non appareat. Cicero quidem ex tam minutis rebus laudem ingenii non captat.

D. BRVTI EPIST. V.

(ad diu. XI. 11)

Gratum se aduersus Ciceronem ostendit: scribit, quae ab Antonio et a se gerantur: rogat Ciceronem, vt Romae ipsum remque publicam tueatur.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D.
M. CICERONI.

Eodem exemplo a te mi litterae redditae sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existi-
2 mo, quantum persoluere difficile est. Scripsi tibi, quae hic gererentur. in itinere est Antonius: ad Lepidum proficiscitur: ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt: in quibus, quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plan-

§. 1. *eod. exemplo:* iisdem verbis, eaedem. bis enim scribebantur, si forte alterum exemplar intercideret. v. Cic. ad diu. IV. 4. *persoluere* in Magd. legitur *perficere*.

§. 2. *scripsi tibi:* pertinet ad hunc §phum et sequentem. scripserit nempe tum, cum Cicero haec leget. *libellis:* nisi sunt *codicilli*, in quibus et epistola exarata, videntur commentarii epistolarum loco missi.

§. 3.

Clare et sine vitio scripta est haec epistola, ita tamen, vt lectu iucunda non sit.

§. 2. *scripsi.* hoc mihi non videtur ambiguum. neque addit *antea*, (quod Bengelius in explicatione ponit) neque subiicit: *nunc vero* in itinere etc. v. expl.

Plancum mitteret, fcribebat. Ego tamen non habui ambiguum, et ftatim ad Plancum mifi: et biduo ab Allobrogibus, et totius Galliae legatos expecto, quos confirmatos domum remittam. 3
Tu, quae iftic opus erunt adminiftrari, profpicies, vt ex tua voluntate reique publicae commodo fiant. Malinolentiae hominum in me, fi poteris, occurres: fi non poteris, hoc confolabere, quod me de ftatu meo nullis contumeliis deterrere poffunt. 4
Pridie Nonas Maii, ex caftris, finibus Statiellenfium.

D. BRV-

§. 3. *non h. ambiguum:* non deterritus fum; fpem non abieci Planci nobifcum coniungendi. *tot. Galliae* tantum Cifalpinae, ad quam Allobroges referebantur: vnde tantum dicit *confirmatos*, quod contrarium valeret, fi de Gallis fub Planci et Lepidi imperio loqueretur.

§. 4. *occurres,* obftabis, ne quid ornamenti mihi detrahant. v. ep. anteced. * *confolabere:* fic etiam eft fine *te* in Gorl. et Magd. Recte fic dici oftendit Gellius XV. 13.

§. 3. *ambiguum habere* pro *dubitare,* (*bei fich anftehen,*) infolentius eft.

§. 4. *non poteris* pro *n. potueris* male; fi quidem, quod non dubito, illud genuinum eft. *quod — — poffunt.* maiorem etiam conftantiam declararet τὸ *poterunt.* Ceterum haec extrema fententia grauitate verborum placere debet. Metaphora a gladiatoris vel pugilis gradu ducta imaginem roboris animo legentis obiicit fatis expreffam. *contumeliis* cum vi dictum de iis, qui tantum honores denegari volunt. Pro *deterrere* magis proprium fit *deiicere:* illud tamen multo magis placet, quod et animum intrepidum magis declarat, et valde fonorum eft.

D. BRVTI EPIST. VI.

(ad diu. XI. 13)

Rurſus gratias Ciceroni agit: excuſat tarditatem ſuam in perſequendo Antonio: Ciceronem et reliquos cauſſae ſocios bono animo eſſe iubet: eosdem tamen diligentiam adhibere vult, et curare, vt ſibi rebus ad bellum neceſſariis proſpiciatur.

D. BRVTVS M. T. C. S. D.

Iam non ago tibi gratias. cui enim re vix referre poſſum, huic verbis, non patitur res, ſatisfieri. 2 Attendere te volo, quae in manibus ſunt. qua enim prudentia es, nihil te fugiet, ſi meas litteras diligenter legeris. Sequi confeſtim Antonium his de cauſſis, Cicero, non potui. eram ſine equitibus, ſine iumentis: Hirtium periſſe

§. 2. *quae in man. ſunt* h. e. vel: quae in promtu ſunt, quae facile aſſequi cogitando potes; vel: quae ſtatim dicam. Hoc magis probo. Opponi enim videtur gratiarum actioni, de qua modo dictum, et hoc prudentius dicitur. Similiter Cic. Pet. Conſ. c. 12. *in manibus eſſe* dicuntur certo futura. * *Aq. periſſe neſc.* Haec leguntur in optimo cod. Hittorp. et Dresd. 3. vid. Benedict. praef. ad Cic. epp. nec dubito,

Maior epiſtolae pars conſumitur in excuſatione propoſita. Cauſſas affert iuſtas et idoneas, idque breviter ſuo more, ſed tamen apte et ſatis clare. Hoc vnum monere liceat, orationem ſenſim eo delabi, vt doceat, in eo damni nihil factum eſſe, quod non potuerit perſequi Antonium. Optime ſane ita inſtituebatur defenſio: a) *nec potui* b) *nec*, *quod non potui*, *dolendum eſt*. Sed diligentius haec erant ſecernenda, vt, quid ad vtrumque caput pertineret, facilius intelligeretur.

§. 1. *non pat. res:* melius et minus ambigue diceres: *non poteſt.*

ſe neſciebam: Aquilam periſſe neſciebam: Caeſari non
credebam prius, quam conueniſſem et collocutus eſſem.
Hic dies hoc modo abiit. Poſtero die mane a Panſa 3
ſum arceſſitus Bononiam. Cum in itinere eſſem, nuntia-
tum mihi eſt, eum mortuum eſſe. Recurri ad meas co-
piolas. ſic enim vere eas appellare poſſum. ſunt extenua-
tiſſimae, et inopia omnium rerum peſſime acceptae. Bi- 4
duo me Antonius anteceſſit, itinera multo maiora fugi-
ens, quam ego ſequens. Ille enim iit paſſim, ego ordi-
natim. Quacunque iit, ergaſtula ſoluit, homines arri-
puit: conſtitit nusquam prius, quam ad Vada venit.
Quem locum volo tibi eſſe notum. Iacet inter Apenni- 5
num et Alpes, impeditiſſimus ad iter faciendum. Cum
abeſſem ab eo millia paſſuum triginta, et ſe iam Ventidi-
vs coniunxiſſet; concio eius ad me eſt allata: in qua pe-
tere coepit a militibus, vt ſe trans Alpes ſequerentur: ſibi
cum M. Lepido conuenire. Succlamatum eſt, et fre- 6
quenter a militibus Ventidianis, (nam ſuos valde quam
paucos habet,) ſibi aut in Italia pereundum eſſe, aut vin-
cendum: et orare coeperunt, vt Pollentiam iter facerent.
Cum ſuſtinere eos non poſſet, in poſterum diem iter ſu-
um contulit. Hac re mihi nuntiata, ſtatim quinque co- 7
hortes

dubito, quin genuina ſint. De huius Aquilae morte v. Cic. ad Brut. I. 15. Pollio ep. III. §. 9. et Dio XLVI. 40. *non credebam;* quod timebam, ne mihi patris interfectori inſidiaretur.

§. 4. *paſſim*, non inſtructis ordinibus, vt libere et celerius eius milites iter facerent.

§. 6. *frequenter*, maiore numero. Sic Cic. Att. I. 19. med. *frequenter interceditur*, vbi Graeu. hunc noſtrum locum indicare poterat. *ſuſtinere*, iis aduerſari, eorum cupiditati rationes et auctoritatem ſuam opponere.

§. 8.

hortes Pollentiam praemisi, meumque iter eo contuli. hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus: sane quam sum gauisus. in hoc
8 enim victoriam puto consistere. In spem venerant, quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum tra-
9 iici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatusque omnis, qui eo praemissus erat a nobis, sustinebant; nostroque aduentu sustineri facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod detrimentum reipublicae iniungant,
10 summa a nobis dabitur opera. Vos magnum animum optimamque spem de summa republica habere volumus, cum et nos, et exercitus nostros, singulari concordia
11 coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareque operam, vt quam paratissimi et ab exercitu, reliquisque rebus, pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem

§. 8. *exercitum* nouum scilicet, ad defendendam remp.

§. 9. *ipsi* vsitata significatione, nempe: *adeo*, siue *quod mirum esset*.

§. 10. *nos*, me et Plancum.

§. 7. *in hoc — consistere.* in quo? num in eo tantum, quod vna hora ante Pollentiam suae cohortes venerunt? an in eo, si quis vbique hostes anteuertit? Illud falsum: hoc ad veritatem propius accedit, ita tamen, vt ex hac vna re non pendeat victoria.

§. 9. *satis arroganter:* insolenti ratione cum laude dictum: *die sich ziemlich viel zutrauten.*

§. 11. Aliquantum hic assurgit oratio inde a *pro v. s.* Videtur Brutus clausula grauiore epistolam commendare voluisse; sed infeliciter, meo sensu. Nec *sceleratissimam consp. hostium* hic expectes; nec sententiam: *qui quidem eas c.* etc. Eadem sententia Antonius ep. III. §. 5. caussam Hirtii et Caesaris odiose exagitat. Sed illa est oratio exprobrantis: et grauiter obiurgantis: haec autem alieno loco et praeter opinionem docentis.

nem hoſtium confligamus; qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione reipublicae comparabant, ſubito ad patriae periculum conuerterunt.

D. BRVTI EPIST. VII.

(ad diu. XI. 19)

Cauſſam et ſuam, de exercitu ſibi inſtruendo, et Vicentinorum nobis ignotam Ciceroni commendat, petitque, vt eas res ad ſuam voluntatem in ſenatu tueatur.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D.

Ad ſenatum quas litteras miſi, velim prius perlegas, 2
et, ſi qua tibi videbuntur, commutes. Neceſſario me ſcripſiſſe, ipſe animaduertes. nam cum putarem, Quartam et Martiam legiones mecum futuras, vt Druſo Paulloque placuerat, vobis aſſentientibus: minus de reliquis

§. 11. *reipublicae*, ſalutis publicae. vid. Ern. Clav. Cic. ſub h. v. Non ſolus autem hic Antonius, ſed et Ventidius maximeque Lepidus intelligendus videtur.

---

§. 2. *Quartam et Mart.* quae conſtabant, vt videtur, ex hominibus lautioribus ob beneficia C. Caeſaris. *mecum fut.* ſed nolebant ſequi Caeſaris interfectorem.

Optimae notae epiſtola. Nulla quidem artis ſpecie delectat: iuſta tamen et perſpicua breuitate, qua vtrumque caput abſoluitur, valde placet.

quis rebus laborandum exiſtimaui. Nunc vero, cum ſim cum tironibus egentiſſimis, valde et meam et veſtram vi-
3 cem timeam, neceſſe eſt. Vicentini me et M. Brutum praecipue obſeruant. His ne quam patiare iniuriam fieri in ſenatu vernarum cauſſa, a te peto. Cauſſam habent optimam, officium in rempublicam ſummum, genus hominum aduerſariorum ſeditioſum et inertiſſimum. XII. Kalend. Iun. Vercellis.

D. BRV-

§. 3. * *Vicentini* ſic ſcribitur in Gorl. et Magd. aliisque, rectius, opinor, quam *Vicetini;* et analogum eſt hodierno nomini *Vicenza.* *vernarum c.* ſub quibus Manutius intelligit homines nequam et abiectos: alii, vt Stroth. epp. ſell. p. 397. proprie ſeruos, quod minus etiam probo, quia honorificentius, quam vt his conueniant, dicta ſunt illa: *genus h. — inertiſſ.* Equidem libertos quosdam Octauii vel alius potentis ciuis R. notari puto. Sic conuenientior fit a priſtina conditione ſumta appellatio. *inertiſſ.* otio deditum, vt aliorum bona vel ornamenta ſibi arrogare, quam ſua induſtria aliquid acquirere malint.

§. 3. *habere officium* durum videtur. Extrema melius ſic haberent: *Eorum cauſſa eſt optima, off. — ſummum; aduerſarii vero genus h. ſ. idemque, vt facile exiſtimabis, inertiſſimum.*

D. BRVTI EPIST. VIII.

(ad diu. XI. 20)

Ciceroni narrat, quae ipsius interesse putat: suadet, quid ei faciendum sit, vt ab iis, quos offendisse videatur, tutus sit: denique de suis rebus exponit.

D. BRVTVS IMP. COS. DES.
M. T. C. S. P. D.

Quod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor tuaque officia cogunt, vt timeam. Saepe a enim mihi cum esset dictum, neque a me contemtum; nouissime Labeo Segulius, homo sibi simillimus, narrauit mihi, apud Caesarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Caesarem nihil sane de te questum, nisi dictum, quod diceret, te dixisse, laudan-

§. 2. *sibi simill.* semper idem, et, (quod res docet,) qui calumniis et inuidia aliis conflanda lucrum captet. * In Magd. est *sui sim.* a Grammatico, vt opinor, fictum. * *dictum.* Spurium hoc iudicat Ern. et est sane durissimum. Sed quia nec ipse prorsus eiicit, et omnes libri habent, non sum ausus omittere. *tollendum:* quod Ciceró ab Octauiano ita intelligi volebat, vt honoribus extolleretur; a reliquis vero, vt interficeretur.

§. 3.

Epistola est ordine rerum bene composita, et satis perspicue scripta: a numeris autem et proprietate verborum non commendatur. Nos quaedam loca tangemus.

§. 1. *timeam* v. ad Balb. ep. IV. extr.

§. 2. *dictum — dixisse:* ingrata verborum repetitio, et dura coniunctio, vt *dictum* pendeat a *questum* pro *ob dictum.* Sic *quod* non est proprie relatiuum, quod referatur ad *dictum*, sed exponitur iam querela clarius; *quod (nempe) diceret* etc.

E

dandum adolefcentem, ornandum, tollendum: fe non effe
3 commiffurum, vt tolli poffit. Hoc ego Labeonem credo illi retuliffe, aut finxiffe dictum, non ab adolefcente prolatum. Veteranos vero peffime loqui, volebat Labeo me credere, et tibi ab iis inftare periculum: maximeque indignari, quod in Decemuiris neque Caefar, neque ego habiti effemus, atque omnia ad veftrum arbitrium effent collata.
4 Haec cum audiffem, et iam in itinere effem, committendum non putaui, prius vt Alpes transgrederer, quam, quid iftic ageretur, fcirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, et denuntiatione periculi, fperare eos, te pertimefacto, adolefcente impulfo, poffe magna confequi praemia; et totam iftam cantilenam ex hoc pendere, vt quam plurimum lucri faciant. Neque tamen non te

§. 3. *aut f. dictum* int. *effe ab adolefcente. decemuiris*, qui de Antonii in confulatu actis ftatuerent. *veftrum*, qui in vrbe eftis reip. defenfores.

§. 4. *iactatione verb.* fc. a veteranis, qui peffime de Cicerone cogitare dicebantur. * Sed vereor ne verba *iact.* —— *periculi* e gloffa fint. nam verba *crede mihi* alieno loco quafi in parenthefi pofita videntur: et nimis puerilis eft repetitio *denunciat. per.* cum antecefferit: *de tuo per.* De Octauio autem et Ciceronis dicterio hic cogitari non poteft.

§. 5

§. 3. *Labeonem melius: ipfum Lab. aut finx. —prolatum.* Haec non apta nec fatis clara funt. Voluit haec dicere: *aut ipfum finxiffe illud, quod a Caefare dictum effe narrabat. neque ego.* Quis credat, hic bona fide agere Brutum, cum veteranos amicos non haberet? Cicero hoc non obfcure ridet ad diu. XI. 20 et Brutum omni de fe metu liberat. *ad veftr. arbitr.* Callide Ciceronis et reliquorum in vrbe impotentiam fub perfona Labeonis incufat.

§. 4. *cantilenam* et *pendere* duos tropos male iungunt. *vitantem.* Parum elegans hoc, vt ait Ern., qui adeo verum putat effe *vitare.*

te cautum eſſe volo, et inſidias vitantem. Nihil enim tua
mihi vita poteſt eſſe iucundius, neque carius. Illud vide, 5
ne timendo magis timere cogare, et, quibus rebus poteſt
occurri veteranis, occurras. Primum quod deſiderant de
decemuiris, facias: deinde de praemiis, ſi tibi videtur,
agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt,
his dandos cenſeas ab vtrisque nobis: de numis lente, ac
ratione habita pecuniae; ſenatum de ea re conſtitu-
turum. Quatuor legionibus iis, quibus agros dandos 6
cenſuiſtis, video facultatem fore ex agris Silanis et agro
Cam-

§. 5. * *de praem. ſi* etc. Sic diſtinxi aptius, opinor, pro: *de praemiis. Si* etc. *vtrisque nobis*, me et Planco. *lente* ſc. agas, ſtatuas. *conſtituturum* ſc. dicas.

§. 6. *agris Silanis*, qui in Sila, ſilua Bruttiorum, reperiuntur. Sed hoc coniectura nititur. * Scripſi *Silanis* ex Magd. Graeuiana ed. 1693. felici, opinor, errore idem habet. Priorem non habui. Fuit autem *Sila* ſilua, a quo nomine hic adiectiuum formatum opinor, ampliſſima et interiectis paſcuis agrisque laetiſſimis conſpicua. Vid. quos laudant interprr. ad Virg. Aen. XII. 715. et *Bartels Briefe über Sizil. u. Kalabr.* qui P. I. p. 287. inter alia: *Man ſchäzt den Umfang gewöhnl. auf 2mal hundert tauſend Schritte — Der feuchte Boden iſt der Hauptgrund der Fruchtbarkeit dieſes Diſtrikts, die nicht nur aus dem Reichthum der Wieſen, ſondern auch aus den ſchönen Korngefilden — hervorleuchtet.* Latius autem hodie patere illam ſiluam, quam olim, non eſt probabile. Exſcinduntur enim potius tractu temporis ſiluae maiores, quam adiiciendis agris amplificantur. Publicos illos ſaltus fuiſſe, apparet ex Cic. Brut. c. 22. vt inde agri militibus aſſignari poſſent. Quodſi poſt illud tempus, de quo ibi ſermo eſt, agri priuati facti erant, videntur poſſeſſores inde ex-

§. 5. *vide ne — cog.* Sapienter et amice praecipit, vt ipſe Cicero iudicat, qui tamen animi ſui imbecillitatem non agnoſcit. *ab vtrisque nob.* vſitatius reſpondet Cicero: *ab vtrisque veſtrum.*

E 2

Campano. Aequaliter aut forte agros legionibus assignari puto oportere. Haec me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, et cupiditas otii, quod
7 sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones armo, paro. spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. De exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. Ad has litteras statim mihi rescribe, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit, meque scire opus putaris. Vale IIX. Kal. Iun. Eporedia.

D. BRV-

expelli potuisse lege Iulia. v. Cic. Phil. V. 19. Ceterum loca illa opinor a Graecis colonis κατ᾽ ἐξοχὴν dicta esse ὕλην, inde a Latinis *Sylam* et recentiore scriptura *Silam*, vt nomen appellatiuum factum sit proprium. In diiudicandis aliorum coniecturis h. l. morari vix licet.

§. 7. *paro* exercitationibus militaribus. * *IIX Kal.* alii rectius, opinor, *VI.* aut *VII. K.* Sequens enim ep. vix potest eodem die data esse.

§. 7. *reconditum* est exquisitum, s. non vulgare. Debebat dicere *occultum*, quo Cicero in responsione vtitur, qui, vt solet, Brutum subobscure reprehendit.

D. BRVTI EPIST. IX.

(ad diu. XI. 23)

De valetudine sua scribit: bene sperare de rep. iubet: Ciceronem hortatur, vt fortiter inimicis obsistat, eiusdemque litteras se expectare significat.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D.

Nos hic valemus recte; et, quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode de nobis sentire 2
videtur. Omni timore deposito, debemus libere reipublicae consulere. Quodsi omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus, propriis reipublicae, valentibus, magnum animum habere debebas, quem et semper habuisti, et nunc fortuna adiuuante augere potes. Quae tibi superio- 3
ribus litteris mea manu scripsi, terrendi tui caussa homines loquun-

§. 1. *Nos — recte* de sua solius valetudine, et proprie quidem, loqui videtur, saltem ex eo, quod Cic. ep. seq. respondet. Adde annl.

§. 2. *quodsi — — aliena:* si contra Lepidus esset alienus, et male aduersus nos animatus. *tribus*, meo, Caesaris, Planci.

§. 3. *superioribus*, anteced. ep. §. 1—4. **poterunt.* Sic et Magd. Alii *poterint*, vt et Gorl. vbi legitur: *fer terint*, lacuna interiecta: quae forma vereor vt defendi possit.

§. 1. *valemus.* Si aegrotus fuit Brutus, valde mirum est, quod ne verbulum quidem hac de re superioribus litteris. Subuereor igitur, ne ambiguitate abusus sit Cicero, et malitiose detorserit in alium sensum, cum Brutus dicere *vellet*, sane non *diceret*, copias reip. addictas firmas esse.

§. 3. Callide suspicionem mendacii de minis veteranorum amouere vult. Hinc tam confidenter: *peream si* etc.

loquuntur. Si frenum momorderis, peream, fi te om-
4 nes, quot funt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea fcripfi, dum mihi a te litterae veniant, in Italia morabor. IIX. Kal. Iun. Eporedia.

D. BRVTI EPIST. X.

(ad diu. XI. 26)

Quae a fenatu dudum petierat, de legionibus fibi mittendis, de Bruto arceffendo, ftipendioque fibi dando, ea rurfus Ciceroni commendat.

D. B. IMP. M. T. C. S. P. D.

Maximo meo dolore hoc folatio vtor, quod intelligunt homines, non fine cauffa me timuiffe ifta, quae ac-
2 ciderunt. Deliberent, vtrum traiiciant legiones ex Africa, necne, et ex Sardinia, et Brutum arceffant, necne; et,

§. 1. * Ern. praeeunte Graeuio edidit: *In max.* A Gorl. et Magd. et aliis plurimis melioribusque libris particula *in* abeft. *quae accid.* vt Lepidus fe cum Antonio coniungeret.

§. 2. * *et ex Sard.* Intercidiffe hic aliquid videtur, in quo Sardiniae recte mentio fieret, aut ipfe Brutus contra fuam voluntatem *Sard.* pro *Macedonia* fcripfiffe. Strothius epp. fell. p. 437. nimis audacter in textu ita pofuit: *et ex Macedonia Br. arc.* In Magd. vitiofe

Valde commendabilis eft huius epiftolae breuitas, quae perfpicuitati non obeft, et ad grauitatem facit.

§. 2. Ex indignatione impetiofius hic et cum ftomacho; nec iniuria. nam fenatus cunctabatur, et periculum inftabat. Lenius quidem

et, mihi ſtipendium dent, an non, decernant. Ad ſenatum litteras miſi. Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, 3
quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te, videte, quibus hominibus negotium 4
detis, qui ad me legiones adducant, et fide opus eſt, et celeritate. III. Non. Iun. ex caſtris.

M. BRV-

tioſe et alio ordine: *et Br. et Sardinia accuſant.* * *an non, dec.* Sola interpunctione ſuſtuli vitium interpretum, non codicum. Conſtr. *et decernant, (vtrum) ſtip. m. dent, an non.*

dem initium reliqua etiam ſeditiora poſtulare videtur: ſed credere licet, Brutum, cum poſt §phum 1. multa ſecum reputaret, indignitatis cogitatione vehementius exarſiſſe. *an non, dec.* ambiguitas diſtinctionis vitio locum dedit, vt *non* tollerent, quae auctoris ex parte culpa eſt.

§. 3. *fiunt.* Alius dicat *fiant,* quod Ern. etiam in textu dedit.

§. 4. Hic et prudentiſſime monet, et admirabili vtitur breuitate.

M. BRVTI EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

M. Junius Brutus cum ob fortitudinem, prudentiam, omnemque virtutis Romanae ſplendorem, tum ob doctrinae et eloquentiae laudem merito inter ſummos aetatis ſuae homines numeratus eſt. De eius laudibus multa Cicero Brut. c. 97 et Phil. X. aliisque locis, Plutarchus in eius vita, nec pauci alii ſcriptores habent. Genus dicendi diuerſum a Ciceroniano ſecutus eſt: qua de re vid. Cic. Att. XIV. 20 et XV. 1. Laconicam breuitatem adamaſſe, auctor eſt Plutarchus. Huic virtuti Quintilianus pondus rerum addit, *vt ſcias* (ſunt Quintiliani verba X. 1.) *ſentire, quae dicat.*

Ad inſtitutum autem noſtrum non tam illud pertinet, vt de Bruto aliorum, quamquam vera et grauiora, iudicia afferamus, quam vt declaremus, qualem ſe in his epiſtolis ſcriptorem oſtendat. Praeter reliquas epiſtolas non male, nec tamen praeclare, ſcriptas, inſignes ſunt I. VI et VII. in quibus libertatis amore excitatus fuiſſe videtur, vt eam, qua polleret, eloquentiam adhiberet. In his non modo deprehendimus id, quod Suidas ſub v. Βροῦτος ſcribit: *θαυμάζεται δὲ εἰς τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἰδέαν ἤγεν χαρακτῆρα*, ſed plane Demoſthenis felicem imitatorem agnoſcimus. Sententiae ſunt verae, aptae, graues, ſublimes etiam, vbi res patitur, et magnificae, partim inciſim membratimque poſitae, partim periodis non longioribus, quam vulgaris ſermo concedit, coagmentatae: verborum minor apparatus et ſplendor, vt verba rebus, non res verbis commendentur. Non tantum habet

bet perſpicuitatis lumen, non tam mollem vbique dictionem, quam Cicero, ſed eo maiorem vim in breuitate et pondere verborum. Et, ſi comparatione vti licet, Ciceronis oratio liquido, ſed eodem magno latoque flumine fertur, quod ſaepiſſime ripis ſeſe effundit: Bruti contra ſemper intra ſpatia ſua ſe continet, vt, dum directo labitur curſu, etiam ripas non raro deſtituat, vbi tamen eo rapidius ac profundiori ſeſe praecipitat alueo. Si quid autem ſummatim in hoc reprehendere licet, ea eſt obſcuritas quaedam partim ex breuitate, partim ex inſolentiori ſtructura verborum orta: v. g. ep. I. §. 6 et 7. ep. VII. §. 12. Sed eam rem, quamquam obſcurius, iam indicauimus, cum Ciceronis mentionem comparandi cauſſa inferremus: et prope pudet tam excellentem ſcriptorem ſemel vituperaſſe, de cuius laude, ſi opus ſit, quam ſaepiſſime dicere malimus.

Praepoſuimus eius epiſtolis duas, ipſius et Caſſii nomine conſcriptas: quamquam prior, cuius eſt oratio minus terſa et numeroſa, Caſſium potius auctorem videtur habere, quam Brutum, cui alteram ſine dubitatione tribuere poſſumus. Sed ob incertam illam de priori coniecturam, ſeparari et diuerſis locis poni non debuerunt.

M. BRVTI ET C. CASSII EP. I.

(ad diu. XI, 2)

Rogant Antonium, putetne ipsos tutos fore in vrbe, magna militum veteranorum frequentia, qui dicantur partim venisse Romam, partim venturi esse, et quid vel his concessurus vel de iis acturus sit.

BRVTVS et CASSIVS PRAETT. M. ANTONIO COS.

De tua fide et beniuolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus haec tibi: quae profecto, cum istum animum habes, in optimam partem accipies.
2 Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conuenisse iam, et ad Kalendas Iunias futuram
3 multo maiorem. De te si dubitemus, aut vereamur, simus

§. 3. *De te si — vereamur* sc. ne illos veteranos ad nos opprimendos arcessieris. *in tua pot. f.* De hac formula v. ad Balb. I. §. 1. *litteris*, vt serio, non dicis caussa aut coacti, fecisse videamur.

§. 4.

Argumentum epistolae indicauimus. Sed aliud interdum est consilium epistolae, quam ex argumenti summa credas. Huius consilium in eo est, vt Antonium deterreant, ne veteranos Romam arcessitos contra se impellat, et, si hoc non possint, saltem eliciant, quomodo aduersus se animatus sit, quidue consilii capessat. Ad illud pertinet *a)* si quid illi milites aduersus se machinentur, Antonium solum fore in culpa §. 5. *b)* se non impedituros eorum commoda, §. 7. *c)* suam perniciem fore exitiosam reip. §. 8. Alterum autem coniicitur e §. 3 et 4 et ex eo, quod ad omnia sibi rescribi volunt, quam sententiam antecedit illud: *multitudinem vet. — posse*, quo praetextu vsurum videbant Antonium, si veterani suo impulsu tumultum excitassent. Iam etsi non satis elaborata est epistola, nec omnia certo ordine ad primum illud consilium referuntur, tamen non imprudenter scripta videri debet. Ceterum

mus noſtri diſſimiles. Sed certe, cum ipſi in tua poteſtate fuerimus, tuoque adducti conſilio dimiſerimus ex municipiis noſtros neceſſarios; neque ſolum edicto, ſed etiam litteris id fecerimus: digni ſumus, quos habeas tui conſilii participes, in ea praeſertim re, quae ad nos pertinet. Quare petimus a te, facias nos certiores tuae vo- 4
luntatis in nos: putesne[1], nos tutos fore in tanta frequentia militum veteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus: quod velle te et probare, vix quisquam credere poſſe videtur, qui nos ſaluos et honeſtos velit. Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quidquam aliud liber- 5
tate communi quaeſiſſe, exitus declarat. Fallere nemo nos

§. 4. *repon. ara* interfecto Caeſari, tanquam deo, poſita, a Dolabella vero euerſa. * *velle te et pr.* Alii codd. hic omittunt *et*, alii *te*. In Mediceo eſt: *vellet et pr.* ex quo veſtigio vtrumque ut genuinum coniunximus. Turbaſſe hic videntur illi, qui *credere* in ſuo libro non haberent. Hoc autem non poteſt eſſe de nihilo fictum, aut temere illatum: quod ſi abeſſet, non diceretur dubitanter *vix qu.* ſed liquido *nemo*. Neque vero *velle probare* ſatis apte dicitur. Senſus eſt: *nemo, qui nos ſ. et h. velit, ne credat quidem, nedum vt tu reipſa velis et probes, reponi aram.* Poſſis et ita diſtinguere: *quod v. te et probare? vix* etc. Illa tamen ſedatior oratio reliquis eſt conuenientior.

§. 5. *exitus decl.* cum Caeſare ſublato nihil nos arrogare voluerimus. * *ſed alius:* Ern. malit *et al.* quia hoc nihil differat ab illo: *fallere nemo n. p. n. t.* Verum prius, opinor, pertinet ad poteſtatem conſularem: poſterius ad fidem illi habitam et communicata conſilia.

§. 7.

§. 3. *pertinet* ferri poteſt pro *pertineat.*

§. 4. *tuae vol. in nos.* at iam dixerant, de eius fide et benev. ſibi perſuaſum eſſe: neque *in nos* poteſt ſignificare *de nobis*, nempe *vtrum velis nos Romae manere.* Saltem hoc noue et inuſitate dictum eſſet.

nos poteſt, niſi tu: quod certe abeſt a tua virtute et fide; ſed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim
6 vni credidimus et credituri ſumus. Maximo timore de nobis afficiuntur amici noſtri: quibus etſi tua fides explorata eſt, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quam a te
7 retineri poſſe. Reſcribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leue eſt ac nugatorium, ea re denunciatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes. Quem enim impedimento futurum putas, cum
8 de nobis certum ſit, nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitae, cum accidere nobis nihil poſſit ſine pernicie et confuſione omnium rerum.

M. BRV-

§. 7. *denunciatum eſſe*, vt ad illam diem Romae eſſent, ſi forte armis opus eſſet, aut vt nemo eorum commodis obſiſtere auderet.

M. BRVTI ET C. CASSII EP. II.

(ad diu. XI. 3)

Contumeliosis et minacibus Antonii litteris respondent confidenter et intrepide, et opposita fortitudine sua eum deterrere student, ne recuperatam reip. libertatem rursus opprimere conetur.

BRVTVS et CASSIVS PRAETT. S. D.
ANTONIO COS.

S. V. B. E. Litteras tuas legimus, simillimas edicti tui,
contumeliosas, minaces, minime dignas, quae a te
nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla lacessiimus in- 2
iuria, neque miraturum credidimus, si praetores, et ea
dignitate homines, aliquid edicto postulassemus a consule.
Quodsi indignaris, ausos esse id facere: concede nobis,
vt doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto et Cassio tribui.
Nam de dilectibus habitis, et pecuniis imperatis, exerci-
tibus sollicitatis, et nuntiis trans mare missis, quod te
que-

§. 2. *edicto postul.* vt ab vrbe plus quam decem dies abesse liceret: quod Antonius, (fortasse ne suo iniussu fecisse dicerentur, et ea re sibi aliquid arrogarent,) postea concessit. Cic. Phil. II. 13.

§. 3. *dilectibus hab.* hoc enim, et quae sequuntur, rumor erat, nec is inanis, Brutum et Cassium fecisse. *trans m.* in Asiam et Bithyniam

Multo melior est, quam antecedens, epistola, et Bruti, quam Cassii, ingenio dignior, vt illo quamquam bono argumento non opus sit, quo Beng. vtitur. v. expl. §. 8. Oratio est recta et sana; mira verborum vis et grauitas, quo pertinent etiam emphatica illa: *consul*, *praetor*, *Brutus*, *Cassius*, *Antonius*; iusta denique breuitas, vt nec detrahere facile nec addere quidquam possis, quin

questum esse negas; nos quidem tibi credimus, optimo animo te fecisse: sed tamen neque agnoscimus quidquam eorum; et te miramur, cum haec reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte
4 Caesaris obiiceres. Illud vero quemadmodum ferendum sit, tute cogita; non licere praetoribus, concordiae ac libertatis caussa, per edictum de suo iure decedere, quia consul arma minetur. Quorum fiducia nihil est, quod nos terreas. Neque enim decet, aut conuenit nobis, periculo vlli submittere animum nostrum. Neque est Antonio postulandum, vt iis imperet, quorum opera liber est.
5 Nos si alia hortarentur, vt bellum ciuile suscitare vellemus, litterae tuae nihil proficerent. Nulla enim minantis auctoritas apud liberos est. Sed pulchre intelligis, non posse nos quoquam impelli: et fortassis ea re minaciter agis, vt iudi-

niam, vt inde per praetores exercitus pararent. *te fecisse:* id est: *questum esse*, vt mihi videtur. Nam si referretur ad *negas;* diceretur *facere* pro *fecisse:* et pro *sed tamen* sequeretur *neque vero.* Scripserat fortasse Ant. *non questus sum; et si qu. essem, optimo fecissem animo.* *agnoscimus:* a nobis factum concedimus.

§. 4. *de s. i. decedere*: Recte Ern. „cum possent Romae magistratum gerere, ab vrbe tamen abesse" Videbantur mihi Br. et C. hac interpretatione calumniari, et illa formula abuti, vt mallem *ius* h. l. pro *officio* dictum; sed contra formulae vsum. Dicitur quidem ita *ius amicitiae*, *humanitatis* etc. *parendi* adeo, Tacit. Ger. 44. sed ipse hanc formulam in alienum sensum detorquebam. Bene dici potest *de s. i. dec.* pro: *honoris beneficio non vti.* Et illi sane libentius in vrbe mansissent, quorum etiam vicem dolet hactenus Cicero Phil. X. 4.

* *nostrum*

quin' deterius facias. In sententiis ipsis nihil est alienum: contra ea id vbique dictum, quod a talibus viris dici oporteret.

§. 3. admirabiliter illud: *opt. — fecisse.* quae breuis sententia longae orationis instar est, et lenibus verbis grauissime mendacii arguit Antonium.

iudicium nostrum metus videatur. Nos hac in sententia 6
sumus, vt te cupiamus in libera republica magnum atque
honestum esse; vocemus te ad nullas inimicitias; sed tamen pluris nostram libertatem, quam tuam amicitiam
aestimemus. Tu etiam atque etiam vide, quid suscipias, 7
quid sustinere possis: neque, quam diu vixerit Caesar,
sed quam non diu regnarit, fac cogites. Deos quaesumus, 8
consilia' tua reipublicae salutaria sint ac tibi. si minus: vt, salua atque honesta republica, tibi quam minimum noceant, optamus. Prid. Nonas Sext.

M. BRV-

[1] *nostrum* non legitur in Magd. et aliis nonnullis, et posset abesse, quia antecessit *nobis*. Sed bene claudit sententiam: et emphasis inesse videtur.

§. 5. *quoquam* ad bellum. *iudicium*, quod certo et prudenti consilio armis abstinere decreuimus.

§. 8. *Deos quaes.* etc. Scite ex his verbis colligit Bengelius, Brutum epistolae esse auctorem, non Cassium, qui, vt Epicureus, non crederet, res humanas a diis curari.

§. 7. Sane quam libere et paene ferocius dictum est: *neque qu. diu — cogites*, a BRVTO et CASSIO praesertim.

§. 8. Praeclare hic omnia, vt nec humanius nec magis pie dici potuerint.

M. BRVTI EPIST. I.

(ad Brut. I. 4)

Laetitiam suam de victoria D. Bruti ostendit: de Antoniis mitius statuendum esse docet: nimiam Ciceronis liberalitatem erga Octauium reprehendit, idque tam amice, quam prudenter et grauiter.

BRVTVS CICERONI S.

Quanta sim laetitia affectus, cognitis rebus Bruti nostri, et consulum, facilius est tibi existimare, quam mihi scribere. Cum alia laudo, et gaudeo accidisse, tum quod Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed et-
2 iam maximo ad victoriam adiumento. Quod scribis, trium Antoniorum vnam atque eandem caussam esse; quid ego sentiam, mei iudicii esse: statuo nihil, nisi hoc: Senatus aut populi Romani iudicium esse de iis ciuibus, qui
3 pugnantes non interierint. At hoc ipsum, inquies, inique facis, qui hostilis animi in rempublicam homines ciues appelles. Immo iustissime. Quod enim nondum senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter non praeiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. Illud

§. 3. *At hoc — appelles* videtur ad Ciceronis verba respicere: (ad Brut. I. 4.) *nullos vnq. hostes — ciues.*

§. 4.

§. 2. *quid ego — iud. esse.* non est tautologia: sed hoc valet: Bruto liberum esse, nec Ciceronem suadere, vt hoc vel illud statuat. Sic Att. IX. 15. et alias saepius.

§. 3. *id arrog. — meum.* Ciceronem satis aperte tangit; humaniter tamen et ingeniose.

Illud quidem non muto, quod ei, quem me occidere 4
res non coëgit, neque crudeliter quidquam eripui,
neque dissolute quidquam remisi: habuique in mea
potestate, quoad bellum fuit. Multo quidem ho- 5
nestius iudico, magisque quod concedere possit res-
publica, miserorum fortunam non insectari, quam
infinite tribuere potentibus, quae cupiditatem et arro-
gantiam incendere possint. Qua in re, Cicero, vir
optime ac fortissime, mihique merito, et meo nomine,
et reipublicae, carissime, nimis credere videris spei tuae;
statimque, vt quisque aliquid recte fecerit, omnia dare
ac permittere: quasi non liceat traduci ad mala consilia
corruptum largitionibus animum. Quae tua est humani- 6
tas, aequo animo te moneri patieris, praesertim de com-
muni salute: facies tamen, quod tibi visum fuerit: etiam
ego, cum me docueris. Nunc, Cicero, nunc agendum
est,

§. 4. *muto*: poenitet. *ei* C. Antonio.

§. 5. *potentibus*, nominatim: Octauiano.

§. 6. *etiam ego* sc. moneri me patiar. cf. anal. *ne primi exc. m. c. sit* pro: *ne in primo excidendo m. c. s.* vel *ne primum excidendum* etc. Quod autem genitiuus pendet a *caussa*, non debet adeo durum videri, cum aeque dicatur: *ne Ciceronis culpa sit* atque *ne in Cicerone culpa sit*. Eadem sententia clarius exprimitur ep. V. §. 22. *neque opin.* inopinantibus.

§. 7.

§. 5. Hic ad caput secundum epistolae transiturus vtitur sententia a rebus ipsis petita, easdem bene copulante et caussae suae apta. Cum autem eadem contineat grauem Ciceronis reprehensionem, cumque alia grauiora in eum sequantur, magnam eius laudem adiungit, et plane amica et ingenua obiurgatione vtitur.

§. 6. *etiam ego:* ambiguum hoc est, quia procliuius est repetere: *faciam, quod m. v. f.* Consulto mihi videtur Brutus ambigue scripsisse, respiciens ad conseruatum

eſt, ne fruſtra, oppreſſum eſſe Antonium, gauiſi ſumus,
neu ſemper primi cuiusque mali excidendi cauſſa ſit, vt
7 aliud renaſcatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus,
aut patientibus nobis, aduerſi euenire poteſt, in quo non
cum omnium culpa, tum praecipue tua futura ſit: cuius
tantam auctoritatem ſenatus ac populus Romanus non ſo-
lum eſſe patitur, ſed etiam cupit, quanta maxima in libe-
ra ciuitate vnius eſſe poteſt: quam tu non ſolum bene ſen-
8 tiendo, ſed etiam prudenter, tueri debes. Prudentia
porro, quae tibi ſupereſt, nulla abs te deſideratur, niſi
modus in tribuendis honoribus. Alia omnia ſic abunde
adſunt, vt cum quolibet antiquorum comparari poſſint tuae
virtutes. vnum hoc, grato animo liberalique profectum,
cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat. Nihil
enim ſenatus cuiquam dare debet, quod male cogitanti-
9 bus exemplo aut praeſidio ſit. Itaque timeo de conſulatu,
ne

§. 7. *prudenter* repete: ſentiendo.

§. 8. *in trib. honoribus:* cauſſam Ciceronis omnem cognoſces ex Ep. ad Brut. I. 15. modo probes. *praeſidio* firmamento, vbi ſemel ad nimiam potentiam peruenerint.

§. 9. *quam inde — deſcenſurum* ſc. ſe putet h. c. quam vt inde *reip. ac legum iuſſu* (quod maxime hic in futuro ſubintelligendum) deſcendat, vt imperium et reliqua ornamenta cum conſulatu deponat, et ordinaria viri conſularis dignitate contentus ſit. cf. §. 10. med. An non et hoc ferri poſſit, vt in *deſcenſ.* ſubintellectum *alte (tief)* repetatur?

§. 10.

tum inuito Cicerone C. Antonium §. 4.

§. 8. *vnum hoc:* Non tam obſcurum quam durum hoc eſt, quia certum nomen nec praecedit, nec ex re poteſt elici, ad quod referatur. *liberalitas* ipſa eſſet. Verum *actus* ornandi et honoribus extollendi cogitandus. *grato — profectum:* rurſus hic eximia laude reprehenſio mitigatur.

ne Caesar tuus altius se adscendisse putet decretis tuis, quam
inde, si consul factus sit, descensurum. Quodsi Anto- 10
nius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit: quonam animo fore putas, si quis auctore, non tyranno interfecto, sed ipso senatu, putet se imperia quaelibet concupiscere posse? Quare tum et felicitatem et prouidentiam laudabo tuam, cum exploratum habere coepero, Caesarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Alienae igitur, inquies, culpae me reum subiicies? prorsus alienae, si prouideri potuit, ne exsisteret. quod vtinam inspectare possis timorem de
illo meum! His litteris scriptis, te consulem factum au- 11
diuimus. tum vero incipiam proponere mihi rempublicam iustam, et iam suis nitentem viribus, si istuc videro. Filius valet, et in Macedoniam cum equitatu praemissus est. Idibus Maiis, ex castris.

M. BRV

§. 10. *instrumentum* intelligas collectiue, non modo exercitus, sed omnia honorum et inusitatae potentiae subsidia.

§. 11. *Tum vero* etc. Ironice haec scripta, si minus a Cicerone intellecta sunt. Rumor, si quis fuit, inde ortus, quod Cicero suaserat in senatu, vt Octauianus ad consulatum eueheretur, addito collega, qui eius adolescentiam regere posset. Risit senatus non obscuram senis ambitionem. *Filius* tuus v. ep. seq. §. 2. et Lentuli ep. I. extr.

§. 10. Tam *tyranni* quam *interfecti* verbum suam vim in argumento habet. Putidius, (forte et difficilius,) fuisset *τῷ senatu* concinnitatis maioris caussa adiicere, quod directius opponeretur *τῷ interf.* Satis ergo, in epistola praesertim, fuit *ipso senatu.*

F 2

M. BRVTI EPIST. II.

(ad Brut. I. 6.)

Gratias agit: de Ciceronis filio quaedam respondet: rogat, vt Glaucona e cuſtodia eripiat: Flauium, qui cum Dyrrhachinis litem habebat, commendat: et de Dolabella caeſo fugatoque certiorem facit.

BRVTVS CICERONI S.

Noli exſpectare, dum tibi gratias agam. Iam pridem hoc ex noſtra neceſſitudine, quae ad ſummam beni-
a volentiam peruenit, ſublatum eſſe debet. Filius tuus a me abeſt. in Macedonia congrediemur. Iuſſus eſt enim Ambracia ducere equites per Theſſaliam: et ſcripſi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret. Cum eum videro, quoniam nobis permittis, communiter conſtituemus de reditu eius ad petitionem, aut ad commendationem

§. 1. *gratias agam.* Nam ex Ciceronis maxime decreto ſenatus Bruto liberum eſſe voluerat, vt vel Dolabellam perſequeretur, vel exercitum in iisdem locis contineret.

§. 2. *Heracleam* Macedoniae. *petitionem* ſacerdotii. nam in collegium pontificum cum pater cooptari volebat. *commend. hon:* vt ſaltem inſequenti anno ne fruſtra petat.

§ 3.

§. 1. Perquam amice de gratiarum actione praetermittenda. Sic tamen beneficii ſe non immemorem oſtendit. Iuſto breuius hac in parte egiſſe videbitur comparanti Ciceronis ep. ad Brut. I. 5. quae tam honorifice et tam multis verbis ſcripta eſt. Sed non videtur Brutus delectatus eſſe Ciceronis verboſa vanitate: et omnino tum imperatores exercitibus ſuis freti ſenatus decreta non multum curabant, vt omnis vrbana potentia fere intra vrbem tantum valeret.

§. 2. De Cic. filio non minus breuiter; ſed tamen perſpicue et plene.

tionem honoris. Tibi Glaucona, medicum Pan- 3
ſae, qui ſororem Achilleos noſtri in matrimonio ha-
bet, diligentiſſime commendo. Audimus, eum veniſ-
ſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſae, cuſtodiri-
que, vt parricidam. Nihil minus credendum eſt. quis
enim maiorem calamitatem morte Panſae accepit? Prae-
terea eſt modeſtus homo et frugi, quem ne vtilitas quidem
videatur impulſura fuiſſe ad facinus. Rogo te, et quidem 4
valde rogo, (nam Achilleus noſter non minus, quam
aequum eſt, laborat,) eripias eum ex cuſtodia, conſerues-
que. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum ae-
que, atque vllam aliam rem pertinere arbitror. Cum has 5
ad te ſcriberem litteras, ab Satrio, legato C. Trebonii,
reddita eſt mihi epiſtola a Tillio et Deiotaro, Dolabel-
lam caeſum fugatumque eſſe. Graecam epiſtolam tibi
miſi

§. 3. *Achilleos*, qui ceterum non eſt notus. Nomen graecum, et quod Brutus *ſuum* dicit, veroſimile facit, libertum fuiſſe. *Torquato*, qui, quia Panſae quaeſtor fuerat, ob neceſſitudinem videbatur eius mortem perſequi debere. Sic Manut. ex Appiano (B. C. III. 69.) Hoc ſi recte habet, vix poteſt eſſe L. Torquatus, qui quinque annis ante praetor fuerat. is enim ſane non factus eſſet Panſae aſſecla. *modeſtus et fr.* bene moratus et probus.

§. 4. *Hoc ego — arbitror* nullum off. priuatum ſanctius mihi eſſe debere arbitror, quam hanc Glauconis commendationem.

§. 5. *ab Satrio — Deiotaro.* Nihil hic monent interpretes. Cum autem in accuratioribus editionibus commata reperiantur plura: dubium

§. 3. Rurſus mira breuitate Glauconis ſalutem commendat, et tamen ita, vt commodae defenſionis materiem large ſubminiſtret. *a*) Ob *ſuſpicionem* vt *parricida* cuſtoditur. *b*) *Quis maiorem — accepit?* *c*) *et mod. — facinus.*

§. 5. *ab Satrio — Deiotaro.* Haec verba noſtra ignorantia videntur ambiguitatis aliquid habere, non vitio Bruti.

6 misi Cycherei cuiusdam, ad Satrium missam. Flauius noster de controuersia, quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, sumsit te iudicem. Rogo te, Cicero, et Flauius rogat, rem conficias. Quin ei, qui Flauium fecit heredem, pecuniam debuerit ciuitas, non est dubium: neque Dyrrhachini infitiantur; sed sibi donatum aes alienum a Caesare dicunt. Noli pati, a necessariis tuis necessario meo iniuriam fieri. XVII. Kalend. Iun. ex castris, ad imam Candauiam.

M. BRV-

bium videri possit, vtrum ab Satrio an a Tillio et Deiot. Dolabella victus dicatur. Neutrum per se absurdum. nam et legatus poterat officii publici nomine arrepta manu Dolabellam persequi, cum quaestor Lentulus idem fecerit; (v. Lent. ep. II.) et Tillius Cimber Bithyniae praetor adiuncto sibi Deiotaro, (de Deiotaro cf. Cic. Phil. XI. 12. f. Dio XLVII. 24.) Sic cepit *Soreau*, qui vertit: *par laquelle il me mande, que T. et D. ont battu Dolabella.* Sed a Cassio potius Dolabellam victum esse intelligendum est, et Tillii Deiotarique nomine conscriptam epistolam per Satrium esse redditam.

§. 6. *Flauius.* Hic quoniam *necessarius* Bruti dr., fuit sine dubio ille Flauius, quem Manut. ex Plutarcho docet opificum praefectum in Bruti exercitu fuisse. Non alius, opinor, est communis ille Bruti et Attici amicus, qui nominatur Corn. Nep. Att. c. 8. *Sumsit te iud.* idque prudenter, quod Ciceronem patronum ciuitatis suae Dyrrhachini non facile auderent reiicere, nec Cicero clientibus in eo, quod Caesar iniuste largitus esset, gratificaturus videretur. *Candauiam*, quae est regio aspera et montosa ab Epiro ad Macedoniam procurrens.

§. 6. *a necess. — meo.* Cum dilectu *necess.* vtrobique positum est. Ea enim vis inest, vt Cicero, nisi obsecutus fuerit Bruto, dicatur et cupidius egisse pro Dyrrhachinis, nec amice aduersus Brutum.

M. BRVTI EPIST. III.

(ad Brut. I. 7.)

L. Bibulum vnice, alios minore studio ad sacerdotium commendat.

BRVTVS CICERONI S.

L. Bibulus quam carus mihi esse debeat, nemo melius iudicare potest, quam tu; cuius tantae pro republica contentiones sollicitudinesque fuerunt. Itaque vel ipsius virtus, vel nostra necessitudo debet conciliare te illi: quo minus multa mihi scribenda esse arbitror. Voluntas enim 2
te mouere debet nostra, si modo iusta est, aut pro officio necessario suscipitur. In Pansae locum petere constituit. eam

§. 1. *L. Bibulus:* est Bruti priuignus. * *cuius — fuerunt.* Haec non cohaerent, et mihi obscura sunt. Vix ad hunc Bibulum pertinere possunt. Quid enim hic pro republica, non dicam fecit, (nam ignorare possemus;) sed facere per tempus et aetatem potuit? nisi forte ad belli labores referantur, vt is sit L. Bibulus, qui apud Appianum aliquoties nominatur, vt L. IV. B. C. c. 104. Huic vero rationi obstant *contentt. et soll.* quae non nisi de vrbanis negotiis cogitari sinunt. De patre Marco Bibulo rectius ista dicantur. Videtur igitur aliquid excidisse, quod ad laudem hominis pertineret, hoc autem pertinere ad alium. Nam illud nimis durum sit, ad Ciceronem hoc sensu referre, *vt hic vsu doctus sciat, quanti sint labores pro rep. suscepti, et optime iudicare possit, quam carus Bruto Bibulus esse debeat, ob Marci patris similes labores.* Obstat etiam *ipsius* virtus.

§. 2. *petere* sacerdotium. v. ad Brut. I. 14. *nominationem*, vt eum commendes. cf. ad Herenn. I. 11. extr.

§. 3.

A Bibuli caritate incipit: in mis ad consilium apta sunt ex-
eiusdem laude definit. In pri- trema.

eam nominationem a te petimus. Neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neque digniorem
3 nominare potes, quam Bibulum. De Domitio et Apuleio quid attinet me scribere, cum ipsi per se tibi commendatissimi sint? Apuleium vero tu tua auctoritate sustinere debes.
4 Sed Apuleius in sua epistola celebrabitur. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

M. BRV-

§. 3. *in sua ep.* qua separatim diligentius commendetur. nam haec ob Bibulum proprie scripta est. Similiter Cicero ad Diu. XIII. ep. 11. et 12. fecit, vt communiter plures, deinde horum vnum separatim commendaret.

§. 4. *noli — tuo:* eximio amore complectere, et eius petitionem iuua.

§. 4. *tantum iam virum:* ergo merito ornandum. *potest euad.* etc. ergo spem etiam maiorem praebet. *qui — laudib.* magna Ciceronem laude capere studet. In reliquis breuior est, vt solet. Et iam ante conquestus erat Cicero Att. VI. 1. (*Brutus*) *ad me, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere.* Satis ἀκοινώνητον illud §. 2. *si m. i. est:* recte quidem: sed illud ipsum, *iustam esse*, amicus, caussis allatis, declarare debet, nisi vult inhumanus aut imperiosus videri. *Rogat* autem, vt Plinii verbis vtar, (Epp. II. 13.) *et quidem efficacissime, qui reddit caussas rogandi.*

M. BRVTI EPIST. IV.

(ad Brut. I. II.)

Vet. Antiſtii animum in remp. et liberalitatem laudat, rogatque, vt ipſius petitionem praeturae adiuuet, ceteriſque rebus eum excitet, vt reip. maneat ſtudioſus.

BRVTVS CICERONI S.

Veteris Antiſtii talis animus eſt in rempublicam, vt non
dubitem, quin et in Caeſare et Antonio ſe praeſtaturus
fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis,
ſi occaſioni potuiſſet occurrere. Nam qui in Achaia con- 2
greſſus, P. Dolabella milites atque equites habente, quodvis
adire periculum, ex inſidiis paratiſſimi ad omnia latronis,
maluerit, quam videri aut coactus eſſe pecuniam dare,
aut libenter dediſſe homini nequiſſimo atque improbiſſimo:
is nobis vltro et pollicitus eſt, et dedit H-S XX ex ſua pecunia:
et quod multo carius eſt, ſe ipſum obtulit et coniunxit.
Huic perſuadere coepimus, vt imperator in ca- 3
ſtris

§. 2. *quodu. adire periculum* ſc. pecuniae denegatione. HS. XX. non viginti millia ſeſtertiorum, (quid enim octingenti thaleri conventionis eſſent Bruto, qui magnum exercitum aleret?) ſed vicies ſeſtertium, i. e. 83333 thaleros conuentionis. *ſeipſum — coniunxit* cum exercitu.

§. 3.

§. 2. Periodus, qua factum Antiſtii commendat, paullulum declamatoria videtur; quorſum pertinet: *ex inſid. — latronis* et *quam vid. — improbiſſimo.* Quodſi ipſum Antiſtium hoc dilemmate vſum eſſe ſignificaret; recte haberet. Sed cum ex ſuo iudicio hoc ſcribat, in epiſtola ad oratorem ſcripta legere nolim.

ſtris remaneret, remque publicam defenderet. ſtatuit eundum ſibi, quoniam exercitum dimiſiſſet. ſtatim vero rediturum ad nos confirmauit, legatione ſuſcepta, niſi praetorum comitia habituri eſſent conſules. Iam illi, ita ſentienti de republica, magnopere auctor fui, ne differret
4 tempus petitionis ſuae. Cuius factum omnibus gratum eſſe debet, qui modo iudicant, hunc exercitum eſſe reipublicae: tibi tanto gratius, quanto et maiore animo gloria.

§. 3. Hinc exponit, quae cum eo egerit, et quomodo eius conſilia ſenſim exquiſiuerit: quod ad intelligenda reliqua nonnihil facere videtur. *imperator* nomine (*titulo*, vt noſtri dicunt) non re. * *quoniam:* an legendum *quod iam?* *dimiſiſſet:* ſacramento ſoluiſſet. Nam ipſis verbis, quibus diſcedere atque arma deponere iubebantur milites, ſoluebantur religione, vt *dimiſſi* dicerentur, etiamſi eodem loco remanerent. Vid. Cic. Off. I. 11. *legatione* libera, vt vult Manutius. Sed militaris legatio aptior videtur. Suſcepit nempe legati munus hac conditione, niſi praet. etc. * *Iam:* ſic poſui pro *Nam* ex certa, opinor, coniectura. Nimirum dicit Brutus: Ante, nondum perſpecta eius voluntate, ducem ſui exercitus mecum eum habere volui. Significauit autem, ſe praeturam cogitare. *Iam* etc. Sed τὸ *nam* plane non conuenit.

§. 4. * *dignitate.* Scribunt *dignitatem:* quem accuſatiuum videntur finxiſſe ob anteced. *libertatem*, cum poſt *dignitate* interpungendum

§. 3. *ſtatuit — dimiſ.* non obſcurum quidem hoc (modo tale ſit, quale Br. dedit;) neque gratum tamen, ob nimiam breuitatem. Melius ita: *ſed ſtatuit ideo eundum ſibi, quod iam ex. dim.*

§. 4. *et maiore:* melius inverſo ordine: *maiore et*, quia hoc adiectiuum tam ad *dignitate* quam ad *animo* pertinet. Si ſubtilius agendum, geminatum *et* non optime nectit res, quarum nexus naturalis non ſtatim apparet. *Animus* tamen et *dignitas* h. l. conſiderari poſſunt, vt virtus et praemium vel cauſſa et effectus. Adde ep. ſeq. §. 2. *dign. — perf. — es.* Sententia his interiecta initio convenientior diuellit iſta, non disiungit, et animum diutius, quam conſueuit, ſuſpenſum tenet.

riaque libertatem noſtram defendis, et dignitate, ſi contigerit noſtris conſiliis exitus, quem optamus, perfuncturus es. Ego etiam, mi Cicero, proprie familiariterque, te rogo, vt Veterem ames, velisque eſſe quam ampliſſimum: qui etſi nulla re deterreri a propoſito poteſt, tamen excitari tuis laudibus indulgentiaque poterit, quo magis amplexetur ac tueatur iudicium ſuum; et mihi gratiſſimum erit.

M. BRV-

dum putarent. Sed poſito accuſatiuo magna difficultas oritur in extremo verbo, et fit oratio valde inconcinna, cum tam longo membro: *quanto — defendis* nihil amplius reſpondet, niſi: *et dignitate.*

§. 5. * *Ego etiam.* quid illud *etiam* noui addit? frigidum ſane et ineptum videtur. Puto legendum *etiam atque etiam. proprie fam. que:* haec trahenda ſunt ad *ames*, non ad *te rogo*, vt editores videntur voluiſſe. Quid enim eſt *proprie* rogare? aut quid *familiare* in hac rogatione ineſt? Poſui ergo inciſum poſt *familiariterque.*

M. BRVTI EPIST. V.

(ad Brut. I. 13.)

Salutem liberorum Lepidi commendat, et enixe rogat, vt patre damnato a poena liberentur.

BRVTVS CICERONI S.

De M. Lepido vereri me cogit reliquorum timor: qui ſi eripuerit ſe nobis, (quod velim temere atque iniurioſe de illo ſuſpicati ſint homines;) oro atque obſecro te, Cicero, neceſſitudinem noſtram, tuamque in me beniuolentiam obteſtans, ſororis meae liberos obliuiſcaris eſſe Lepidi filios, meque his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes. hoc ſi a te impetro, nihil profecto dubitabis
2 pro his ſuſcipere. Aliter alii cum ſuis viuunt: nihil ego poſſum in ſororis meae liberis facere, quo poſſit expleri volun-

§. 1. *vereri*, ne ſe cum Antonio coniungat. *ſororis — filios:* noli committere, vt, propter patrem hoſtem iudicatum, fortunis ſuis ſpolientur.

§. 2. *Aliter — viuunt:* magis minusue amant ſuos. *boni* eſt nominatiuus pl.

§. 3.

Contumaciam ſuperbiamque aduerſus Cic. et hic prodit, cum a ſe ſolo, ſuisque meritis argumenta petat. Ineptum quidem eſſet Brutum cum Cicerone oratorie agere, et affectus a miſeria aut fletu puerorum ipſorum, aut matris, aut auiae, ciere velle, etc. Sed poterat, praeter alia, v. g. illud recte adhibere, legem ipſam abrogandam, his temporibus reipublicae noxiam, cum magna multitudo puerorum inſontium deſperatione abripiatur, vt aliquando reip. ciues defuturi videantur: cum incertus ſit belli exitus, exemplum lenitatis hoſtibus eſſe praebendum, vt liberis bonorum, vt M. Ciceroni adoleſcenti parcant, ſi quid triſtius acciderit.

voluntas mea aut officium. Quid vero aut mihi tribuere
boni possunt, si modo digni sumus, quibus aliquid tribu-
atur; aut ego matri, ac sorori, pueris que illis praestatu-
rus sum, si nihil valuerit apud te, reliquumque senatum,
contra patrem Lepidum, Brutus auunculus? Scribere mul- 3
ta ad te neque possum prae sollicitudine ac stomacho, ne-
que debeo. Nam si in tanta re, tamque necessaria, ver-
bis mihi opus est ad te excitandum et confirmandum:
nulla spes est, facturum te, quod volo, et quod
oportet. Quare noli exspectare longas preces. intue- 4
re me ipsum, qui hoc vel a Cicerone, coniunctissimo
homine, priuatim, vel a consulari, tali viro, remota ne-
cessitudine priuata, impetrare debeo. Quid sis facturus,
velim mihi quam primum rescribas. Kalend. Quint. ex
castris.

M. BRV-

§. 3. *stomacho*, indignatione aduersus te. Non videbatur Cicero Bruto obsecuturus hactenus.

§. 4. *a consulari*, qui bene meritis de patria, vt Bruto, vel maxime gratificari debeat.

§. 2. *τὸ aut* primo loco positum non placet. Nam quod ad §. 4. anteced. ep. de *et* diximus, idem valet de aliis particulis copulatiuis aut disiunctiuis, v. g. *tam — quam*. Nisi tali geminatione coniungunt eiusdem rei partes, aut generis species, videtur plerumque vitium in diuidendo aut partiendo factum, eiusque rei obscura idea animum offendit.

§. 4. *meipsum*. Reliquis mutatis accuratius esset *teipsum*. nam reipsa non a Bruti sed Ciceronis persona sumta sunt, quae sequuntur.

M. BRVTI EPIST. VI.

(ad M. Brut. I. 16.)

Gratias primo agit suo more, breuiter: deinde grauissime eum reprehendit, quod in ep. ad Octauium missa rogauerat, vt liberatores patriae saluos vellet. Postremo meliorem rationem suadet, eumque ad prudentiam et fortitudinem cohortatur.

BRVTVS CICERONI S.

Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octauio, legi, missam ab Attico mihi. Studium tuum, curaque
2 de salute mea, nulla me noua voluptate affecit. Non solum enim vsitatum, sed etiam quotidianum est, aliquid audire

Haec demum est epistola Bruti et animo et ingenio digna; quae vel sola docere possit, quanta vis animi, quantum roboris, quantum etiam eloquentiae et prudentiae in isto tanto viro fuerit. Eam et sequentem Voss. Hist. Lat. *ingentis spiritus plenas* dicit.

Duo sunt, quae reprehenduntur in Cicerone 1) quod de rep. defensa gratias agat: 2) quod salutem interfectorum Caesaris commendet. Non videtur de hoc argumento ita commentatus esse, vt, partitione facta, certum ordinem sequi statueret: et tamen, quod tanti oratoris erat, ordine certo rem exponit. Ab eo, quod indignissime tulerat, incipit §. 3 et 4. Sed a §. 5. videtur demum, vt §. 2. proposuerat, ad tractationem venire, cuius prima pars continetur §phis 5 — 11. Primum est: *quid grat.* etc. in quo imbecillitatem et desperationem inesse clarissime §pho 7. docet. (ex quo etiam in contrarium §. 22. Ciceronem hortatur, ne *defatigetur* neu *diffidat.*) In hac parte huc demum omnia redeunt, quod, qui tam suppliciter ac demisse se gerat adversus Octauium, is non libertatem per eum recuperarit, sed in eo alium quaesierit dominum, a quo non modo non Caesaris interfectores, sed ne ceteri quidem ciues liberi futuri sint. Quam vere, quam grauiter, quam dilucide, iustissima verborum breuitate id exposuerit, sentio equidem magis, quam diligentius aperire ausim. Vereor, ne tenebras offundam, aut certe legentis impetum inepte remorer, si quidquam prae-

audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorifice dixeris, aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere possum, eadem illa pars epistolae, scriptae ad Octauium de nobis, affecit. Sic enim illi gra-

§. 3. *de rep.* aduersus Antonium defensa. *quid? scribam?* duplicem posui interrogationem. non enim dubitat Br. quid potissimum scribat, sed vtrum, illud, quod vnum in animo habet. *morte qua*: quo genere mortis?

§. 4.

praeterea adiicere velim. Redit §. 12. ad alterum et vsq. §. 21. docet, qui Octauium roget, vt Caesaris interfectores saluos velit, eum *a*) aliquid petere, quod fieri non possit; vitam enim minimam, vel potius nullam partem salutis esse; *dignitate* et *libertate* veram vitam constare, et, qui seruiat, Romae exsulem esse: *b*) videri ob formidinem tantum leniorem dominum quaerere: *c*) sponte largiri Octanio, quod per illum habere visa sit resp. *d*) ingratum esse aduersus eos, quibus populus Romanus multo plus debeat. Quis non assentiatur? Sustinent quidem Ciceronem defendere, vt CORRADVS in *quaestura*, MIDDLETONVS in *Hist. of the life of M. T. Cicero;* sed frustra.

Extremum caput epistolae §. 22 — 24. moderatius est, et lenioribus verbis scriptum. Videtur in eo Brutus propterea sedatiorem se ostendere voluisse, ne iusta indignatio in iram aut odium contra Ciceronem versa videretur, et ne eum a suis rationibus abalienaret. Docet autem Ciceronem, fortem et liberum animum ea certissima nota agnosci, si semper idem sit, nec aliquando succumbat. Hunc locum communem exemplo non aliunde petito, (quod longum fuisset, et nimis ad popularem orationem aptum,) sed Ciceronis exemplo exornat. Ita et breuitati consulit, et recta ad scopum tendit, simul etiam laude exquisitissima eum capit. Ceterum tota haec pars aptissime sententiis inter se nexis cohaeret, vt aliud ex alio quasi sponte oriatur, et oratio mira facilitate et lenitate profluat.

Sane operae pretium sit quam diutissime in tali epistola haerere, et singulorum etiam locorum virtutes contemplari. Conatus equidem sum: sed nimis longum esse vidi; et, quia singula sunt non tam ornata et pulchra, quam recta, vera, admirabiliter grauia et ponderosa, rubore me suffundi sensi, cum tantam verborum vim orationis tenuitate eneruare me et frangere viderem, et religiose abstinui. Enimuero quem illa §. 11. non percellunt: *Sed mihi —possit;* denique qui in vllo loco, si modo recte intellexerit, ab animi quodam motu aut admiratione vacuus manserit, eum indignum tali lectione, et ad alia omnia detrudendum esse censeo. Paucula tantum suo loco subiiciam.

gratias agis de republica, tam suppliciter ac demisse,
(quid? scribam? pudet conditionis ac fortunae: sed tamen
scribendum est;) commendas nostram salutem illi, (quae
morte qua non perniciosior?) vt prorsus prae te feras,
non sublatam dominationem, sed dominum commutatum
3 esse. Verba tua recognosce: et aude negare, seruientis
aduersus regem istas esse preces. Vnum ais esse, quod
ab eo postuletur et exspectetur: vt eos ciues, de quibus
viri boni, populusque Romanus bene existimet, saluos velit.
Quid? si nolit, non erimus? Atqui non esse, quam esse
4 per illum, praestat. Ego, medius fidius, non existimo,
tam omnes deos auersos esse a salute populi Romani, vt
Octauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuis, non di-
cam, pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuat enim magni-
fice loqui: et certe decet, aduersus ignorantes, quid pro
quoque timendum aut a quoque petendum sit. Hoc tu,
Cicero, posse fateris Octauium; et illi amicus es? aut, si
me carum habes, vis Romae videri; cum vt ibi esse possem,
5 commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias,
si, vt nos saluos esse velit et patiatur, rogandum putas?
An hoc pro beneficio est habendum, quod se, quam An-
tonium, esse maluerit, a quo ista petenda essent? Vindi-
ci quidem alienae dominationis, non vicario, ecquis sup-
6 plicat, vt optime meritis de republica liceat esse saluis? Ista
vero imbecillitas et desperatio, cuius culpa non magis
in

§. 4. *ignorantes*, qualis tu es. *R. videri* sc. me, vis me Romae esse. Omnibus epp. hoc rogauerat Cicero, et confirmatur haec interpretatio sequentibus.

§. 5. *non vic.* qui modo vicarius non sit domini sublati.

§. 7.

in te refidet, quam in omnibus aliis, et Caefarem in cupiditatem regni impulit; et Antonio poft interitum illius perfuafit, vt interfecti locum occupare conaretur; et nunc puerum illum extulit, vt tu iudicares, precibus effe impetrandam falutem talibus viris: mifericordiaque vnius, vix etiam nunc viri, tutos fore nos, haud vlla alia re. Quod 7
fi Romanos nos effe meminiffemus: non audacius dominari cuperent poftremi homines, quam id nos prohiberemus: neque magis irritatus effet Antonius regno Caefaris, quam ob eiusdem mortem deterritus. Tu quidem confularis, et tantorum fcelerum vindex, (quibus oppreffis, vereor, ne in breue tempus dilata fit abs te pernicies) qui potes intueri, quae gefferis, fimul et ifta vel probare, vel ita demiffe ac facile pati, vt probantis fpeciem habeas? Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? 8
nempe quia poftulabat haec, falutem abs fe peti: precariam nos incolumitatem habere, a quibus ipfe libertatem accepiffet: effe arbitrium fuum de republica. Quaerenda effe arma putafti, quibus dominari prohiberetur: fcilicet, vt, illo prohibito, rogaremus alterum, qui fe in eius locum reponi pateretur; an vt effet fui iuris ac mancipii respublica? nifi forte non de feruitute, fed de conditione ferviendi recufatum eft a nobis. Atqui non folum bono 9
domino potuimus Antonio tolerare noftram fortunam, fed etiam beneficiis atque honoribus, vt participes, frui, quan-

§. 7. *Romanos*, homines fortes, regiae dominationis inde a multis feculis impatientes. *poftremi hom.* nullius pretii, abiectiffimi. *tant. fcelerum* in Catilina eiusque fociis.

§. 9.

quantis vellemus. quid enim neget iis, quorum patien-
tiam videret maximum suae dominationis praesidium
esse? Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram
10 et libertatem. Hic ipse puer, quem Caesaris nomen in-
citare videtur in Caesaris interfectores, quanti aestimet
(si sit commercio locus,) posse, nobis auctoribus, tan-
tum, quantum profecto poterit, quoniam viuere, et pe-
cunias habere, et dici consulares volumus? ceterum nec-
quicquam perierit ille: cuius interitu quid gauisi sumus,
11 si mortuo nihilo minus seruituri eramus? Nulla cura ab
aliis adhibeatur; sed mihi prius omnia dii deaeque eripue-
rint, quam illud iudicium, quo non modo heredi eius,
quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli,
sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat, vt, patiente me,
plus legibus ac senatu possit. An hoc tibi persuasum est,
fore ceteros ab eo liberos, quo inuito nobis in ista ciui-
tate locus non sit?
12 Qui porro id, quod petis, fieri potest, vt im-
petres? Rogas enim, velit nos saluos esse. Vide-
mur

§. 9. *fidem nostr.* Sic clientes dicuntur in *fide* patroni esse. Est ergo *fides* quasi sui ipsius tutela.

§. 10. *qu. aestimet?* nimirum magno pretio infinitam potentiam redimat. *quoniam v. — volumus.* Haec ad vnum Ciceronem pertinent. *mortuo* est ablatiuus absolutus.

§. 12. *porro.* Hac particula ad alteram reprehensionem pergit, quod clarius esset hoc ordine: *id, quod porro petis.*

§. 14.

§. 9. *neget:* durior in speciem enallage pro *negaret*: sed scribentis feruor, opinor, excusat, qui subinde vt praesentia intuetur, quae futura fuisse animo cernit.

§. 11. *heredi* pro *filio;* praeclare! Vis oppositionis maxima *heres eius, q. occidi* et *pater meus.*

mur ergo tibi ſalutem accepturi, cum vitam acceperimus? quam, ſi prius dimittimus dignitatem et libertatem, qui poſſumus accipere? An tu Romae habitare, id putas incolumem eſſe? Res, non locus, oportet praeſtet iſtuc mihi. Neque incolumis fui, Caeſare viuo, niſi poſtquam illud conſciui facinus: neque vsquam exſul eſſe poſſum, dum ſeruire, et pati contumelias, peius odero malis omnibus aliis. Nonne hoc eſt in easdem tenebras 13
recidiſſe, quum ab eo, qui tyranni nomen aſciuit ſibi (cum in Graecis ciuitatibus liberi tyrannorum, oppreſſis illis, eodem ſupplicio afficiantur,) petitur, vt vindices atque oppreſſores dominationis ſalui ſint? Hanc ego ci- 14
uitatem videre velim, aut putem vllam, quae ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere poſſit? plusque timeat in puero nomen ſublati regis, quam confidat ſibi; cum illum ipſum, qui maximas opes habuerit, paucorum virtute ſublatum videat? Me vero poſthac ne commendaueris Caeſari tuo: ne te quidem ipſum, ſi me audies. Valde care aeſtimas tot annos, quot iſta aetas 15
recipit, ſi propter eam cauſſam puero iſti ſupplicaturus es. Deinde quod pulcherrime feciſti, ac facis in Antonio, vide ne conuertatur a laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam ſi Octauius tibi placet, a quo de noſtra ſalute petendum ſit: non dominum fugiſſe, ſed

§. 14. *inculcatam*, inuitis fere obtruſam.

§. 15. *iſta aet.* ſenectus tua. *nam ſi Oct.* pro: *nam ſi t. placet, vt ab Oct.* etc. dictum eſt, vt illa: *ſcis me, quis ſim* etc.

§. 17.

§. 13. *tyranni nom. aſc. ſibi* quam odioſe! pro *Caeſaris nomine ob adoptionem appellatur.*

16 ſed amiciorem dominum quaeſiſſe videberis. Quem quod
laudas ob ea, quae adhuc fecit, plane probo. ſunt enim
laudanda; ſi modo contra alienam potentiam, non pro
ſua, ſuſcepit eas actiones. Cum vero iudicas, tantum
illi non modo licere, ſed etiam a te ipſo tribuendum eſſe,
vt rogandus ſit, ne nolit eſſe nos ſaluos; nimium ma-
gnam mercedem ſtatuis. Id enim ipſum illi largiris, quod
17 per illum habere videbatur respublica. Neque hoc tibi
in mentem venit, ſi Octauius vllis dignus ſit honoribus,
quia cum Antonio bellum gerat: iis, qui illud malum
exciderint, cuius iſtae reliquiae ſunt, nihil, quo expleri
poſſit eorum meritum, tributurum vnquam populum Ro-
18 manum, ſi omnia ſimul congeſſerit. At vide, quanto
diligentius homines metuant, quam meminerint, quia
Antonius viuat atque in armis ſit. De Caeſare vero,
quod fieri potuit ac debuit, transactum eſt: neque iam
reuocari in integrum poteſt. Octauius is eſt, qui quid
de nobis iudicaturus ſit, exſpectet populus Romanus: nos
hi ſumus, de quorum ſalute vnus homo rogandus videa-
tur.

§. 17. *iis q.—excid.* mihi, Caſſio etc.

§. 18. * *quia — armis ſit. De C.*, ſſ. Poſt verba; *armis ſit* ſuſpicor quaedam excidiſſe, quae reſponderent ſequentibus membris: *Oct. is eſt — rog. videatur.* Sic a *quia* noua periodus incepiſſe ſtatuatur. Sed hoc vt minus neceſſarium mitto. Illud vero plane non dubito, reliqua ita eſſe conſtituenda: *De Caeſ. vero quia quod — transact. eſt, neque iam — poteſt: Octav.* etc. Nos tantum ſigna interrogationis ſuſtulimus poſt *Romanus*, et in fine §phi.

§. 19.

§. 17. *bellum gerat:* bene pro cauſſa ſua rem extenuat. Tum quidem bellum non modo gerebat, ſed geſſerat ſine ſanguine, cum primos Antonii impetus ab vrbe auertit. Multo maioribus laudibus eius factum effert Cicero: recte item pro cauſſa ſua.

tur. Ego vero, vt iſtuc reuertar, is ſum, qui non mo- 19
do non ſupplicem, ſed etiam coërceam poſtulantes, vt ſibi
ſupplicetur: aut longe a ſeruientibus abero, mihique eſſe
iudicabo Romam, vbicunque liberum eſſe licebit: ac veſtri
miſerebor, quibus nec aetas, neque honores, neque vir-
tus aliena dulcedinem viuendi minuere potuerit. Mihi 20
quidem ita beatus eſſe videbor, ſi modo conſtanter ac per-
petuo placebit hoc conſilium, vt relatam putem gratiam pie-
tati meae. Quid enim eſt melius, quam, memoria recte
factorum et libertate contentum, negligere humana?
Sed certe non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec vincar ab 21
iis, qui ſe vinci volunt: experiarque et tentabo omnia:
neque deſiſtam abſtrahere a ſeruitio ciuitatem noſtram.
Si ſecuta fuerit, quae debet, fortuna; gaudebimus omnes:
ſin minus; ego tamen gaudebo. quibus enim potius
haec vita factis aut cogitationibus traducatur, quam iis,
quae pertinuerint ad liberandos ciues meos?

Te,

§. 19. * Verba: *is ſum — aut abero* valde inepta ſunt, et pluribus partibus claudicant. Ante *aut* ponunt punctum, nec quidquam monent editores. Si per verbum *reuertendi* liceret, (nam aptius eſſet *redeundi* verbum;) locum ita reſtituendum putarem: *Ego vero aut iſtuc reuerſurus ſum, qui* etc. *aut longe* etc. *aliena* virtus quid ſit, non aſſequor. Intelligunt exempla virtutis a Bruto et aliis propoſita. Sed debet eſſe aliquid, quod ad Ciceronem proprie pertineat. Quid ſi Br. hoc tangat, quod Cicero dixerit, ſe propter Octauii virtutem longiorem vitam optare, et ex illa ſolatium ſenectutis quaerere? Tale quid eum dixiſſe probabile eſt: et ſimilis eſt ſententia ad diu. II. 1. extr. * Sed veroſimilius eſt, de Ciceronis virtute et rebus geſtis aliquid deſiderari, quarum non minus hic, quam ep. ſeq. §. 11. mentionem facere debuit.

§. 20. *ſi modo — conſil.* hoc pro certo affirmat: et ſi quid incerti particula *ſi* afferre videtur, ad ironiam pertinet.

§. 23.

22 Te, Cicero, rogo atque hortor, ne defatigere, neu diffidas: semper in praesentibus malis prohibendis, futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent: fortem et liberum animum, quo et consul, et nunc consularis rempublicam vindicasti, sine constantia et aequa-
23 bilitate nullum esse putaris. Fateor enim, duriorem esse conditionem spectatae virtutis, quam incognitae. Benefacta pro debitis exigimus: quae aliter eueniunt, vt decepti ab his, infesto animo reprehendimus. Itaque resistere Antonio Ciceronem, etsi magna laude dignum est; tamen, quia ille consul hunc consularem merito praestare
24 videtur, nemo admiratur. Idem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed etiam praeterita euanescere coget; (nihil enim per se amplum est, nisi in quo iudicii ratio exstat:) quia neminem magis decet, quam te, rempublicam amare, libertatisque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium.

§. 23. *quia—pr. videtur:* quia Cicero, qui tam fortis reipublicae defensor in consulatu fuit, non minus fortis et patriae amans post consulatum esse debet.

§. 24. *flexerit:* minuerit. *inflexerit* alias dicitur. Huic opponitur verb. *dirigere* i. e. rectum tenere. * *magnitudine* sc. *animi*, quod verbum excidisse suspicor. *nisi — exstat:* nisi constantia et aequabilitas adsit, vt iusta de caussa et prudenti consilio, non temere aut cupiditate aliqua susceptum videatur: *wo es, wie durch eine genaue Berechnung, vor Augen liegt, dort hatte Cic. nach Grundsätzen und mit Ueberlegung gehandelt.* Sic proprio sensu Att. X. 8.

§. 25.

omnium. Quare non Octauius eſt rogandus, vt velit nos 25
ſaluos eſſe: magis tu te exſuſcita, vt eam ciuitatem, in qua maxima geſſiſti, liberam atque honeſtam fore putes, ſi modo ſint populo duces ad reſiſtendum improborum conſiliis.

M. BRVTI EPIST. VII.

(ad Brut. I. 17.)

De actis Ciceronis iudicat, et idem reprehendit, quod antec. epiſtola, nimium nempe Octauii ornandi ſtudium, quo fiat, vt fruſtra glorietur, Antonium a ſe oppreſſum, quia in illo dominationem ſtabiliat et confirmet.

BRVTVS ATTICO S.

Scribis mihi, mirari Ciceronem, quod nihil ſignificem vnquam de ſuis actis. Quoniam efflagitas, coactu tuo ſcribam, quae ſentio. Omnia feciſſe Ciceronem optimo

§. 25. *ſi modo* etc. ſe et Caſſium dicit.

---

§. 1. *ambitioſe:* ratio ſtatim ſubiicitur ab ipſo auctore. nempe ex eo gloriam fortaſſe captauit Cicero, quod cum homine tam potente inimicitias gerere auderet. Etiam Coelius *Antonium valentem* appellat ep. IV. §. 4.

§. 2.

§. 25. Redit ad rem, quod non opus erat, quantum ſentio: et melius terminaretur epiſtola §pho 24.

Bella et haec fuit epiſtola, neque deterior antecedenti, quod facile ex iis, quae nobis relicta ſunt, quae vel ſic cum voluptate et fructu leguntur, poteſt intelligi. Rem autem ipſam quam diligenter expoſuerit auctor, non licet nobis iudicare. Etenim, (quod maxime doleo,) in ipſam cauſſae arcem

timo animo, ſcio. quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quam illius animus in rempublicam? Sed quaedam mihi videtur, quid dicam? imperite, vir omnium prudentiſſimus, an ambitioſe feciſſe; qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere
2 pro republica non dubitarit inimicum? Neſcio, quid ſcribam tibi, niſi vnum; pueri et cupiditatem et licentiam potius eſſe irritatam, quam repreſſam a Cicerone: tantumque eum tribuere huic indulgentiae, vt ſe maledictis non abſtineat, iis quidem, quae in ipſum dupliciter recidunt,

§. 2. * *quam repr. a Cic.* At hoc non ſuſceperat Cicero. Ergo ſuſpicor, inter *quam* et *repr.* excidiſſe aliquid v. g. *viri valentis impotentiam ac dominationem.* * *tantumque:* an forte legendum: *Tantum ne*, vt interrogatio fiat? nam vt hic ſcriptum eſt, narrat Brutus Attico, quod veroſimilius ſit ab Attico ad Brutum ſcribi. Neque vero

arcem inuaſit iniuria temporum, vt nobis tantum rudera quaedam operis §phis 4 et 5. relinqueret, et vt voluptas, quam externa ornamenta § 1—3 et 6—13 praebent, deſiderio ſane iuſto minuatur. Quid enim? *a*) Cum ad Atticum ſcriberet, virum et prudentem, et nullis in rep. partibus addictum, Antonio non minus, quam Ciceroni, amicum; *b*) cum ad Ciceronem tam copioſe de eadem re ſcribat; *c*) coactus efflagitatione Attici ſe ſcripturum, quae ſentiat, et, ſumma rei expoſita, ſe *perſcripſiſſe* dicat magno cum dolore; (qui dolor et minus diſertos alias eloquentes et copioſos facit:) *d*) cum multo maior pars §. 6—13. perorationis loco ſit; *e*) denique in verbis §phi 4 et 5. libri antiqui mirum in modum diſſentiant, et, verbis manifeſto corruptis, nullam ſententiam claram, quaeque integra videatur, exhibeant: an aliter ſtatuere poſſumus? In alteram tamen partem diſputari poſſe, propterea credo, quia nemo ſuſpicionem hac de re mouit. Habent igitur adoleſcentes, quo iudicium ſuum exerceant.

Oratio eſt temperata, qua vti debebat ad Atticum, virum moderatum, aequabilem et a contentione ciuili alienum. Singulae quaedam ſententiae vtiliter cum locis quibusdam antecedentis ep. comparari poſſunt. Nos alia pauca.

§. 1. Vide quam prudenter laudet Ciceronem, ne humanitatem amici Attici offendat! cf. §. 13. med.

§. 2. Abrupte ſtatim ab inimicitiis cum Ant. ſuſceptis ad Octauii cupiditatem a Cic. irritatam tranſit, quod non placet.

dunt, quod et plures occidit vno, ſeque prius oportet fa-
teatur ſicarium, quam obiiciat Caſcae, quod obiicit, et
imitatur in Caſca Beſtiam. An quia non omnibus horis 3
iactamus Idus Martias, ſimiliter atque ille Nonas Decemb.
ſuas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcher-
rimum factum vituperabit, quam Beſtia et Clodius repre-
hendere illius conſulatum ſoliti ſunt? Suſtinuiſſe mihi glo- 4
riatur bellum Antonii togatus Cicero noſter. quid hoc
mihi prodeſt, ſi merces Antonii oppreſſi poſcitur in An-
tonii locum ſucceſſio; et ſi vindex illius mali auctor ex-
ſtitit alterius, fundamentum et radices habituri altiores,
ſi patiamur? vt iam iſta, quae facit, non dominationem,
ſed dominum Antonium timentis ſint. Ego autem gra- 5
tiam non habeo, ſi quis, dumne irato ſeruiat, rem ipſam
non deprecatur: immo triumphus et ſtipendium decerni-
tur,

vero hic narrandi, ſed iudicandi locus erat. Vereor tamen, ne ante haec verba, et poſt §phum I. alia paullo plura deſint. *plures occid. vno*, in cauſſa Catilinaria, Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Caeparium. *Caſcae*, qui primus C. Caeſarem vulnerauerat. *Beſtiam*, qui Ciceroni crudelitatem in cauſſa Catil. obiicere ſolebat.

§. 3. *Non. Decembr.* quo die Catilinae conſilia aperta.

§. 4. *mihi:* ad me ſeruandum. *vindex ill. m.* Cicero.

§. 5. * *immo triumphus.* Ante haec verba non pauca deſidero, (rationes vid. in anal.) quae ad extraordinarios honores et ornamenta noua Octauii pertinerent: ad quem forte referenda etiam verba: *pudeat — ſuſceperit*, hoc fere, ſi integra eſſent, ſenſu: *ita elatum eſſe Octauium, vt eum non pud. conc. Caeſaris ſublati fortunam.* Poſſunt tamen ad Ciceronem etiam pertinere, vt *fortuna* ſit miſera conditio, *nomen* conſularis, aut patris, qua compellatione Octauius eum ludebat, cum ab eo in ipſius et omnium bonorum perniciem armari vellet. Prior tamen interpretatio, vt ad Octav. referas, magis placet ob *concupiſcendi* verbum.

tur, et omnibus decretis ornatur. Pudeat concupiſcere
fortunam, cuius nomen ſuſceperit conſularis, vt Cicero-
6 nis eſt. Quoniam mihi tacere non licuit, leges, quae
tibi neceſſe eſt moleſta eſſe. Etenim ipſe ſentio, quanto
cum dolore haec ad te perſcripſerim: nec ignoro, quid
ſentias in republica, et quam deſperatam quoque ſanari pu-
tes poſſe. Nec mehercule te, Attice, reprehendo. aetas
enim, mores, liberi ſegnem efficiunt: quod quidem et-
iam ex Flauio noſtro perſpexi. Sed redeo ad Ciceronem.
7 Quid inter Saluidenum et eum intereſt? quid autem am-
plius ille decerneret? Timet, inquies, etiam nunc reli-
quias belli ciuilis. Quisquam ergo ita timet profligatum,
vt neque potentiam eius, qui exercitum victorem habeat,
neque temeritatem pueri putet extimeſcendam eſſe? An
hoc ipſum ea re facit, quod illi propter amplitudinem
8 omnia iam, vltroque deferenda putat? O magnam ſtul-
titiam timoris! id ipſum, quod verearis, ita cauere, vt,
cum vitare fortaſſe potueris, vltro arceſſas et attrahas!
Nimium timemus mortem, et exſilium, et paupertatem,
haec videntur Ciceroni vltima eſſe in malis: et, dum ha-
beat, a quibus impetret, quae velit, et a quibus colatur,
ac laudetur; ſeruitutem, honorificam modo, non aſperna-
tur:

§. 6. *ſegnem eff.* ne Ciceronem moneas et meliora doceas.

§. 7. *Saluidenum*, ducem in exercitu Octauii, qui, vt locus ipſe docet, Octauium ad omnem arrogantiam incitabat. *hoc ipſum*, vt nihil ab eo extimeſcat. *quod — putat;* etiam illud, vt non audeat de eo quidquam mali ſuſpicari. Non ſerio dictum; ſed ſarcaſmus ineſt.

§. 9.

§. 7. Egregie diluit, quod Attici nomine ſibi ipſe obiicit, in quo extremo ex iracundia fit mordax.

tur: si quidquam in extrema ac miserrima contumelia potest honorificum esse. Licet ergo patrem appellet Octa- 9
vius Ciceronem, referat omnia, laudet, gratias agat: tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius. Ego vero 10
iam iis artibus nihil tribuo, quibus scio, Ciceronem instructissimum esse. Quid enim illi prosunt, quae pro libertate patriae, de dignitate, quae de morte, exsilio, paupertate scripsit copiosissime? Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quam Cicero alieno tribuat? Desinat igitur, gloriando 11
etiam, insectari dolores nostros. Quid enim nostra, victum esse Antonium, si victus est, vt alii vacaret, quod ille obtinuit? tametsi tuae litterae dubia etiam nunc significant. Viuat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius, si neque aetatis, neque honorum, neque rerum gestarum pudet. Ego certe, quin cum ipsa re bellum ge- 12
ram,

§. 9. *referat* sc. ad eum, vt ei se debere omnia dicat. *propitius* tanquam deus aliquis, aut certe homo augustiore conditione.

§. 10. *Philippus* Octauii vitricus, qui tantum statuam priuigno poni voluerat, (Cic. ad Brut. I. 15.) et sic visus erat plus sapere Cicerone.

§. 12. Constr. *Nulla erit — seruiendi*, *qua ego det. quin cum* etc.

§. 13.

§. 10. Quod Ciceroni exemplum Philippi opponit, ita placet, vt ep. antec. §. 23 f. Ciceronis exemplum. Si Philippus fuit homo plane rudis litterarum, de quo mihi non constat, eo aptius his affertur.

ram, hoc eſt, cum regno, et imperiis extraordinariis, et dominatione, et potentia, quae ſupra leges ſe eſſe velit, nulla erit tam bona conditio ſeruiendi, qua deterrear: quamuis ſit vir bonus, vt ſcribis, Antonius; quod ego nunquam exiſtimaui. Sed dominum, ne parentem quidem,
13 maiores noſtri voluerunt eſſe. Te niſi tantum amarem, quantum Ciceroni perſuaſum eſt, diligi ſe ab Octauio: haec ad te non ſcripſiſſem. Dolet mihi, quod tu nunc ſtomacharis, amantiſſimus tum tuorum omnium, tum Ciceronis. ſed perſuade tibi, de voluntate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. Neque enim impetrari poteſt, quin, quale quidque videatur ei, talem quis-
14 que de illo opinionem habeat. Vellem mihi ſcripſiſſes, quae conditiones eſſent Atticae noſtrae. potuiſſem aliquid tibi de meo ſenſu perſcribere. Valitudinem Porciae meae tibi

§. 13. *voluntate* bene de Cicerone ſentiendi. * *propria mea* Ern. coniicit rectius: *proprie mea.* *iudicio*, bona opinione, quam de eo habui. *neque en.* — *habeat:* i. e. nam non poteſt poſtulari, ergo nec impetrari, vt ne quis aliquam rem talem eſſe ſtatuat, qualis ei videatur. Nempe intellectus cogi non poteſt a voluntate. Tò *ei* valet *alicui*, et refertur ad *quisque.* Strothius epp. ſell. p. 496. dicit Brutum Stoicorum vocabulis vti, vt *voluntas* ſit προαίρεσις, et *iudicium* ὑπόληψις; quod non ſpernendum eſt. Proprie tamen Cicero eum veteri Academiae aſſignat, Brut. c. 97: et Plutarchus (eius vit. c. 2) eum praeter ceteros philoſophos Antiochum Aſcalonitam audiviſſe tradit, qui ad vet. Academiam redierat. Cum autem vtatur verbis: *opinio* et *videri;* eo veriſimilius fit, hunc locum ad Academiae *probabilitatem* ſpectare.

§. 14. *Atticae noſtrae:* filiae tuae elocandae.

et

§. 14. Quam multa quam paucis! Plane apparet λακωνισμὸ ſtudium, vbi copioſae orationis nulla cauſſa eſt. *potuiſſ.* — *perſcribere* an

tibi curae eſſe non miror. Denique quod petis, faciam libenter. nam etiam ſorores me rogant. et hominem noro, et quid ſibi voluerit.

M. BRVTI EPIST. VIII.

(ad Brut. II. 5 et 3.)

Scribit de prouincia Aſia recuperanda: quaerit, quid de C. Antonio ſtatuendum ſit: oſtendit proſperum ſtatum Caſſii: oratt. Philippicas laudat: pecuniam et ſupplementa poſtulat: denique Cic. filium eximie laudat.

BRVTVS CICERONI S.

Litteras tuas valde exſpecto, quas ſcripſiſti poſt nuncios noſtrarum rerum, et de morte Trebonii. non enim dubito, quin mihi conſilium tuum explices. Indigno ſce-

et hominem etc. Nos neque hominem, quis fuerit, nouimus, neque quid ſibi voluerit.

§. 1. *poſt nunt. r. noſtr.* poſtq. a me et Caſſio tibi nuntiatum eſt, nos iam magnas habere copias, et C. Antonium captum teneri. *prouinciae:* Aſiae.

§. 2.

an forte hoc intelligi vult, ſibi gratius fuiſſe de ea re iudicare, quam de Ciceronis actis? cf. §. 1 et 6.

Oratio huius ep. eſt ſimpliciſſima, membris conciſa, et ſola breuitate et perſpicuitate commendabilis, vt D. Bruto rem bene ceſſiſſe, non Marcum haec ſcripſiſſe, credas. Vna eſt extrema pars §. 6. quae ingenium Marci ſpirat, et rem tritam et peruulgatam exhibet cum nouitatis ſpecie. Laudem Ciceroni filio tribuit permagnam, quam emphaſi maxime illa: *cuius ſit ſil.* proprie patri attribuit, aut ſaltem cum eo communi-

fcelere et ciuem optimum amifimus, et prouinciae pof-feffione depulfi fumus, quam recuperari facile eft. neque minus turpe aut flagitiofum erit, fi poteft, non recupe-
2 rari. Antonius adhuc eft nobifcum: fed medius fidius et moueor hominis precibus, et timeo, ne illum aliquorum furor excipiat: plane aeftuo. Quodfi fcirem, quid tibi placeret, fine follicitudine effem. id enim optimum effe, perfuafum effet mihi. Quare quam primum fac me cer-
3 tiorem, quid tibi placeat. Caffius nofter Syriam, legiones Syriacas habet, vltro quidem a Murco, et a Marcio, et ab exercitu ipfo arceffitus. Ego fcripfi ad Tertiam fororem, et matrem, ne prius ederent hoc, quod optime ac feliciffime geffit Caffius, quam tuum confilium
4 cognouiffent, tibique vifum effet. Legi orationes tuas duas, quarum altera Kal. Jan. vfus es: altera de litteris meis,

§. 2. *ne — excipiat*, ne milites non bene in remp. animati eum ducem fibi arripiant.

§. 3. *Marcio:* Manut. dicit Caffium ad Diu. XII. 11. de Marcio mentionem nullam facere: fed falfo. eft enim *Q. Marcius Crifpus*, quod nomen legimus Phil. XI. 12. Vid. Caff. ep. II. §. 1. 2. *Tert. fororem* meam, nuptam Caffio. *matrem* Seruiliam. *ederent* diuulgarent.

§. 4. *altera K. Ian.* eft Phil. V. *contra Cal.* eft Phil. X. *vel Philipp.* nempe arrogans videbatur Bruto, fi ferio eas ita appellare, et fe ita Demoftheni aequiparare vellet.

§. 5.

municat. *iudicio.* hoc ergo extremum, tamquam de re explorata, affert. nec enim *opinione* ducitur aut *coniectura.* Praeclare et cum iudicio delectum eft τὸ *abutendum.* Nam fi dixiffet *vtendum,* aut *opus habiturum,* in contumeliam fui pater interpretari potuiffet. Ergo etfi pro abufu habendum non eft, fi cui a gloria patris aliqua commendatio contingit, tamen vt euitaretur ambiguitas, *abutendi* verbum hic fuit optimum.

meis, quae habita eſt abs te contra Calenum. Nunc ſci-
licet hoc exſpectas, dum eas laudem. Neſcio animi, an
ingenii tui maior in his libellis laus contineatur. Iam con-
cedo, vt vel Philippici vocentur, quod tu quadam epiſto-
la iocans ſcripſiſti. Duabus rebus egemus, Cicero, pe- 5
cunia et ſupplemento: quarum altera poteſt abs te expediri,
vt aliqua pars militum iſtinc mittatur nobis, vel ſecreto
conſilio aduerſus Panſam, vel actione in ſenatu: altera,
quae magis eſt neceſſaria, neque meo exercitui magis,
quam reliquorum, hoc magis doleo Aſiam [at in Aſiam
cenſeo* perſequendum. Nihil mihi videris hoc tem-
pore melius acturus.] quo (que) nos amiſiſſe; quam ſic
vexari a Dolabella audio, vt iam non videatur crudeliſſi-
mum eius facinus interfectio Trebonii. Vetus Antiſtius
me tamen pecunia ſubleuauit. Cicero, filius tuus, ſic 6
mihi

§. 5. *iſtinc* ex Italia. *altera quae m.* Poſt *altera* aliquid deſide-rari putant: ſed eſt ablatiuus eo ſenſu et nexu: *in altera* (ſ. *quoad alteram*) *eo magis doleo*, *Aſiam quoque n.* etc. * Quia certiſſimum putaui, vnam eſſe epiſtolam, quam pro fragmentis duarum habent, non dubitaui in vnum coniungere. Extrema autem particula: *at in Aſ.* — — *acturus*, quae ſic excluditur, Ciceronis epiſtolae videtur aſſignanda, (ad Brut. II. 4 et 6.) vt illa ſic cohaereat: *Sin eam ſemel cep. m. cr.* (et poſt lacunam) *non erit id. April.* (vbi *id. Apr.* ortum videtur ex aliis verbis v. g. *id aperiendum* vel *id aptum*, vt tamen etiam ſic aliquid deſit) *at in Aſ.* — *acturus*. *Quod egere te* etc. Noua inſcriptio ep. 6. videtur ficta. Verum huic coniecturae de extrema particula non multum tribuimus, quam protulimus tantum neceſſitate coacti. * *Aſiam quoque* — *quam*. Prius fragmentum deſinit in *Aſiam*: poſterius incipit a *ſed quo*. Verum τὸ *ſed* cum Strothio ortum puto ex *Aſiam*, vt poſitum fuerit alia pagina pro *cuſtode*. Eiuſdem Strothii (epp. ſell. p. 325.) exemplo pro *quo* poſui in textu *quoque*; et *quam* pro *quem*. *Vet. Antiſtius* vid. ep. IV.

mihi ſe probat induſtria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, vt prorſus nunquam dimittere videatur cogitationem, cuius ſit filius. Quare, quoniam efficere non poſſum, vt pluris facias eum, qui tibi eſt cariſſimus, illud tribue iudicio meo, vt tibi perſuadeas, non fore illi abutendum gloria tua, vt adipiſcatur honores paternos. Kal. April. Dyrrhachio.

C. CAE-

A. CAECINAE EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Non destitutus fuit Caecina noster iis ornamentis, a quibus, si quid laudis habuit, in hoc libro commendandus est. Cicero quidem eius *ingenium, summamque eloquentiam* (ad diu. VI. epp. 5, 6 et 8) laudat: et Seneca (Nat. Quaest. II. 56) *facundum virum* nominat, *qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis vmbra pressisset.* Scripsit etiam libros, quam bonos, non constat. Iam si quid ex hac epistola audendum est, ita pronuntiare possumus, eum ingenio videri valuisse, sed vel natura fuisse sensu ad elegantiam et subtilitatem minus acuto, vel non satis polito doctrina aut seueritate magistri. Ingenium ei suppeditauit materiem largam, eamque copiose et, in operis summa, bene tractauit, et scite composuit. In singulis partibus est, quod desideres, quod rationibus planum facere conati sumus.

(ad diu. VI. 7.)

Ciceroni se filiumque excusat, quod liber ei serius redditus sit; quem commendat, vt mancum tamen, et auribus doctis indignum. De Asiatico itinere se Ciceroni paruisse scribit. Denique rogat, vt reditum sibi a Caesare impetret.

A. CAECINA M. CICERONI S. D.

Quod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro, et miserere temporis. Filius, vt audio, pertimuit, neque iniuria, si liber exisset; (quando non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur;) ne ea res inepte mihi noceret; cum praesertim
2 adhuc stili poenas dem. Qua quidem in re singulari sum fato. nam cum emendandum scripturae litura tollatur; stultitia fama multetur: meus error exsilio corrigitur. cuius summa criminis est, quod armatus aduersario maledixi.
3 Nemo nostrum est, vt opinor, quin vota victoriae suae fece-

§. 1. *tam cel.* videtur spectare ad Ciceronis epistolam, ex qua subintell. *quam volueras*, vel *qu. promiseram.* *liber* Caecinae, inscriptus *querelarum* nomine, (ad diu. VI. 6.) diuersus a libro criminoso in Caesarem, et illi libro quodammodo oppositus.

§. 2. * *emendandum.* sic cum Gorl. et Magd. habent fere omnes codd. *cuius* pertinet ad Caecinam, cuius nomen in *meus* latet.

§. 4.

§. 1. Bene habet excusatio, quae apte et breuiter proponitur verbis *ignosce — temp.*

§. 2. Ad Caesarem delabitur oratio, qua satis probabiliter docet, cum inique aduersus se agere. Verbis saltem non male extenuat facti sui culpam. *errorem* tantum dicit, et *armatum* se, cum vitam Caesaris petere posset, tantum *maledixisse.*

fecerit: nemo, quin, etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipſo tempore, vt quam primum Caeſar ſuperaretur, optarit. Hoc ſi non cogitat, omnibus re- 4
bus felix eſt: ſi ſcit et perſuaſus eſt, quid iraſcitur ei, qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa deos venerati ſint contra eius ſalutem? Sed, vt eodem reuertar, cauſſa haec fuit; timoris. Scri- 5
pſi de te parce, medius fidius, et timide, non reuocans me ipſe, ſed paene refugiens. Genus autem hoc ſcripturae non modo liberum, ſed incitatum atque elatum eſſe debere, quis ignorat? Solutum exiſtimatur eſſe, alteri maledicere; 6
tamen cauendum eſt, ne in petulantiam incidas: impeditum, ſe ipſum laudare; ne vitium arrogantiae ſubſequatur: ſolum vero liberum, alterum laudare; de quo quidquid detrahas, neceſſe eſt, aut infirmitati, aut inuidiae aſſignetur. Ac neſcio, an tibi gratius opportuniusque ac- 7
ciderit. Nam quod praeclare facere non poteram, primum erat, non attingere: ſecundum [beneficium], quam par-

§. 4. *felix;* nam ad tranquillitatem animi facit ignorare, aut non cogitare, aduerſariorum omnia dicta et facta. *timoris* ſc. cauſſa; h. e. timor fuit cauſſa, ne liber tibi ſtatim traderetur.

§. 5. *p. refugiens:* vt fere plane a laude tua abstinerem. * *elatum;* infiniti codd. habent *latum;* male. nam duo ſynonyma hic poſtulantur opponenda τῷ *liberum.* ſed τὸ *latum* rem alienam affert.

§. 6. *ſolutum* facile, in quo nulla cogitatio impediat. *ne v.* — *ſubſeq.* ante haec verba ſupplenda eſt ellipſis: *quia videndum*, vt gr. ὁρᾷν χρὴ, φοβητέον etc.

§. 7. * *beneficium.* delendum eſſe hoc verbum, acutiores ſtatuunt:

§. 3. Bene a maiori ad minus argumentatur. *ſuam:* Bengelius: „Caeſaris, an ſcriptoris? nam ſequitur *eius.*" *voluntatem:* malim dixiſſe *exiſtimationem.*

§. 6. Locum tangit, quid in laudando et vituperando cauendum ſit, quod paucis verbis proponendum erat, vt appareret, an totum genus complecteretur. Poteſt et quis

parciſſime facere. Sed tamen ego quidem me ſuſtinui.
multa minui: multa ſuſtuli: complura ne poſui quidem.
8 Quemadmodum igitur, ſcalarum gradus ſi alios tollas, alios
incidas, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae pericu-
lum ſtruas, non aſcenſum pares: ſic tot malis cum vinctum,
tum fractum ſtudium ſcribendi quid dignum auribus, aut
9 probabile, poteſt afferre? Cum vero ad ipſius Caeſaris
nomen veni: (toto corpore contremiſco, non poenae me-
tu, ſed illius iudicii: totum enim Caeſarem non noui:)
quem putas animum eſſe, vbi ſecum loquitur? *hoc proba-
bit: hoc verbum ſuſpicioſum eſt. quid, ſi hoc muto? at ve-
reor, ne peius ſit. Age vero laudo aliquem. num offen-
do?*

tuunt: et ſane nulli vſui nobis relictum eſt. Exciderunt enim et hic et aliis, vt opinor, locis huius ep. quaedam. Poſt *parciſſ. facere* tertium quid res ipſa poſtulat, ſc. *copioſe laudes Ciceronis exponere*, quod additum fuiſſe ab auctore, indicant ſequentia: *ſed tamen — ſuſtinui.* Ex illa ſententia *τὸ benef.* relictum in alienum locum, vt opinor, migrauit.

§. 9. Parentheſin hic alii non habent. Sed niſi ea ponatur, nexum verborum non video. *hoc m.* ablatiuus eſt *hoc;* ſc. verbo. *age vero* (*ἄγε δή*) inſeruit inſtituendae nouae quaeſtioni. *laudo — vult?* vexatus locus. Lectio propoſita ferri poteſt, modo pro *cum* fingas *eum* ſc. *Caeſarem*, quem alterius, v. g. Ciceronis, laude offenſum iri ſuſpicatur.

§. 10.

quis ſe ipſum reprehendere: et tamen dicit: *ſolum — laudare. neceſſe eſt — aſſign.* an non etiam timori, quod ipſe expertus eſt? ignorantiae non vitioſae? prudentiae? obſequio, ſi quis maioris laudis inuidiam declinet?

§. 7. *multa minui* etc. melius ſic: *complura ne poſueram qu. et tamen multa* etc.

§. 8. Manutius hic totum genus comparationum in epp. improbat. Nobis non excludendum, haec tamen comparatio vituperanda videtur. Quid enim adſcenſio cum ſcriptione admodum ſimile habet? et in diuerſa abeuntes tropi *vinctum* et *fractum* quam ludunt mentem, quae vnam et certam imaginem ſibi proponi vult!

do? cum porro offendam: quid si non vult? armati sti-
lum persequitur: victi et nondum restituti quid faciet?
Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues 10
tibi per Brutum, et ad excusationem socium quaeris. Vbi
hoc omnium patronus facis: quid me, veterem tuum,
nunc omnium, clientem sentire oportet? In hac igitur 11
calumnia timoris, et caecae suspicionis tormento, cum
plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum
iudicium scribantur, quam difficile sit euadere, si
minus expertus es, quod te ad omnia summum atque
excellens ingenium armauit, nos sentimus. Sed tamen 12
ego filio dixeram, librum tibi legeret, et auferret; aut ea
con-

§. 10. *Oratore* c. 10. extr. * *facis.* Sic Gorl. cum aliis. reliqui legunt: *facit.* *veterem t.* exstat oratio Cic. pro Caecina, quem hunc fuisse censent.

§. 11. *calumnia tim.* qui timor passim verba male interpretatur. cf. §. 9. med.

§. 13.

§. 10. Quod hic affertur, nimis longe petitum est, et ita tantum locum haberet, si Cicero in Caesaris offensione Brutum socium peccati quaereret. *vbi hoc.* accuratius: *vbi tu hoc.* Sic et §. seq. *si tu minus.*

§. 11. Aptissima periphrasis est *calumnia timoris.*

§. 13. Inde ab §pho 13. vbi caussam reditus sui omnem vnius Ciceronis fidei committit, valde omnia placent: et certe moueri Cicero debuit, qui vel gauderet *omnem* spem et cogitationem a Caec. in se poni, vel etiam timeret, ne, si is reditum non impetraret, prodidisse hominem existimaretur. Habent toties repetita pronomina 2dae pers mirabilem fiduciae significationem. Neque vero argumenta contemnes. 1) *quibus reb. — tenes:* 2) *ap. ipsum — potes:* 3) *vnum sit. — perficies*, quo prudentiae summae laudem Ciceroni ingeniose tribuit: 4) *ita consu. — laborare.* Hic ipsa excusationis specie et laudem Ciceroni nouam, et rationem affert, quare pro amico deprecari et eius caussam tueri debeat. Postremo genus orationis hac in parte est simplex minimeque artificiosum, concisum ita, vt non dissolutum diffluat, humile, neque tamen abiectum, et recondita quadam suauitate aures influens, vt nihil epistolae aptius fieri possit.

conditione dares, ſi reciperes te correcturum, hoc eſt,
13 ſi totum alium faceres. De Aſiatico itinere, quamquam
ſumma neceſſitas premebat, vt imperaſti, feci. Te pro
me quid horter? vides tempus veniſſe, quo neceſſe ſit de
nobis conſtitui. Nihil eſt, mi Cicero, quod filium meum
exſpectes. adoleſcens eſt: omnia excogitare, vel ſtudio,
14 vel aetate, vel metu, non poteſt. Totum negotium tu
ſuſtineas, oportet: in te mihi omnis ſpes eſt. Tu pro
tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cae-
ſar, tenes: a te omnia proficiſcantur, et per te ad exitum
perducantur, neceſſe eſt, apud ipſum multum, apud eius
15 omnes plurimum potes. Vnum tibi ſi perſuaſeris, non
hoc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris, vt facias,
(quamquam id magnum et amplum eſt,) ſed totum tuum
eſſe onus; perficies: niſi forte aut in miſeria nimis ſtulte,
16 aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed
vtrique rei excuſationem tuae vitae conſuetudo dat. * nam
quod ita conſueſti pro amicis laborare, non iam ſic ſperant
17 abs te, ſed etiam ſic imperant tibi familiares. Quod ad
librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne ex-
eat: aut ita corrigas, ne mihi noceat.

C. CAE-

§. 13. *neceſſitas:* penuria. nam negotia habebat in Aſia, vnde pecunias ſe reportaturum ſperabat. *ſtudio.* Manut. et Bengel. de vehementi animi affectione et propenſione capiunt, qua ſaepe ingenium impediatur. Sed ſic aliquid adiectum eſſet, v. g. *ipſo* vel *nimio* vel ſane pluſculum, quia Caecina doctrinam et eloquentiam alias oſtentat: neque ſtatim ab initio, ſed vltimo loco poneretur. Quamobrem *ſtudium litterarum* intelligo.

§. 16. * *conſueſti:* Ita Magd. bene cum aliis pro *conſueris.*

C. CAESARIS EPISTOLAE.

Coniectura

de eius ingenio et oratione.

De C. Caeſare ſi quid mihi hoc loco dicendum ſumo, hanc veniam peto a lectoribus, vt, me non tacuiſſe prorſus, quam, vt parum dixiſſe ignoſcant. Cui enim vel puerulorum illud *τέρας* multiplicis ac plane diuini ingenii ignoratur? In adoleſcentium manibus ſunt eius commentarii, hisque adiuncta veterum de oratione et ſcriptis eius teſtimonia, quae haberi debent multo potiora et certiora, quam recentiorum, quoniam tam multa perierunt eius opera, e quibus illi iudicium fecerunt. Recentiores tantum ex eius commentariis ſtatuere poſſunt: de quibus, praeter infinitos alios, *Bergerus* in libro *de naturali pulchritudine orationis* copioſiſſime agit.

Epiſtolarum eius reliquias non ſine moerore quodam retractaui. Tam paucasne integras nobis ſupereſſe? Atqui *quaternas*, et, ſi nihil aliud ageret, *ſeptenas ſimul* librario dictatas ab eo fuiſſe, auctor eſt Plinius H. N. VII. 25. et Suetonius in eius vita c. 56. *epiſtolas* eius *ad Senatum, ad Ciceronem, ad familiares de rebus domeſticis* commemorat. Sed ridiculum videri poſſit, de hac iactura ineptius conqueri. Boni conſulamus, quae nobis relicta ſunt. De his eius epiſtolis in vniuerſum iudicare, vt intelligentibus cunctis ſatisfacias, difficile eſt, quia aegre mentem a reliqua Caeſaris laude abſtrahunt ita, vt magnum eius nomen tantiſper obliuiſcantur. Fortaſſe et ipſe de iis iudicari nolit. Sed tamen, vt ab inſtituto ne gratiae quidem

cauffa deflectamus, tantum dicemus, eas nobis videri nudas et rectas, venustate tamen praecipua aut virtute non infignes, vt neque multum quod laudes, neque vero quod reprehendas, reperiri poffit. Dicta funt vtique, quae res fuadebat. Verumtamen fi argumenti partes aptius defcriptae effent, quod cogitatius fcribenti vel fponte, vt ita dicam, accidiffet; fi verbis paffim paullo grauioribus res commendatae latiusque dictae effent: fine dubio plus delectationis afferrent. Neque tamen dubito, quin meliora omnia viderentur, fi magnam talium epiftolarum copiam haberemus; vti certe de commentariis etiam aliter ftatueremus, fi pauca tantum eorum fupereffent capita. Ceterum dictio numerorum facilitate vbique leniter fluit, vt aures fcriptoris teretes, et magnam in fcribendo exercitationem, facile agnofcas.

C. CAESARIS EPIST. I.

(Att. IX. 6.)

Maxima feftinatione Ciceroni gratias agit, quod fe amicum adhuc ipfius rationibus praeftiterit. Petit fimul, vt fibi Romae praefto effe velit.

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Cum Furnium noftrum tantum vidiffem, neque loqui, neque audire meo commodo potuiffem, properarem atque effem in itinere, praemiffis iam legionibus; praeterire

§. 1. *Furnium* Caefaris et Ciceronis amicum. *praemiffis iam l.* aduerfus Pompeium.

§. 2.

Sat bene in vtraque parte ep. agit, vt certe feftinatione nobis etiam excufatus effe debeat, fi quid amplius defideremus.

terire tamen non potui, quin et ſcriberem ad te, et illum mitterem, gratiasque agerem: etſi hoc et feci ſaepe, et ſaepius mihi facturus videor; ita de me mereris. In pri- 2
mis a te peto, quoniam confido me celeriter ad vrbem venturum, vt te ibi videam, vt tuo conſilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum vti poſſim. Ad propoſitum reuertar: feſtinationi meae breuitatique litterarum ignoſces. reliqua ex Furnio cognoſces.

C. CAE-

§. 2. *conſilio — rerum:* vide de his optimum interpretem Ciceronem Att. IX. 9 et 11. et huic ſubiectum ibid. Ciceronis ad hanc reſponſum, vbi certe gaudebis, bono et candido animo Ciceronem agere.

§. 2. *ad propoſ. reu.* Non expreſſis quidem verbis ab initio breuitatem ſuam excuſauerat; implicite tamen, vt recte *ad rem reuerti ſe* dicat.

C. CAESARIS EPIST. II.

(Att. IX. 6.)

Ostendit, se Oppii et Balbi consilio vsurum, vt se lenissimum in victoria praebeat, vt ita voluntates omnium recuperet; se iam missos fecisse captos, qui optat vt Pompeium sibi reconcilient.

CAESAR OPPIO CORNELIO S.

Gaudeo mehercule, vos significare litteris, quam valde probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro vtar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, vt quam lenissimum me praeberem;
2 et Pompeium, darem operam, vt reconciliarem. Tentemus hoc modo, si possimus omnium voluntates recuperare, et diuturna victoria vti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere, praeter vnum L. Sullam, quem imitaturus

§. 1. *Oppio, Corn.* Intimi erant Caesaris. *Cornelius* est *Balbus*, cuius epp. exposuimus. *ap. Corfin.* vbi Caesar Domitium, et alios Pompeianos captos dimiserat. cf. Balbi ep. I.

§. 2.

Cum caput caussae in eo sit, vt illis persuadeat, se in victoria lenem fore; melioribus argumentis vti non poterat. nam 1) sua sponte se id constitutum habuisse ait: 2) varie mutata oratione §phis 2 et 5 idem repetit et confirmat: 3) rogat, vt ipsi cogitent, quemadm. id fieri possit: 4) documenta lenitatis suae commemorat. De tractatione autem iudicium, quod vniuerse fecimus de eius epp. hic valeat.

rus non ſum. Haec noua ſit ratio vincendi, vt miſeri- 3
cordia et liberalitate nos muniamus. id quemadmodum
fieri poſſit, nonnulla mihi in mentem veniunt, et multa
reperiri poſſunt. De his rebus, rogo vos, vt cogitationem
ſuſcipiatis. Cn. Magium, Pompeii praefectum, depre- 4
hendi. ſcilicet meo inſtituto vſus ſum, et eum ſtatim
miſſum feci. iam duo praefecti fabrûm Pompeii in meam
poteſtatem venerunt, et a me miſſi ſunt. Si volent grati 5
eſſe, debebunt Pompeium hortari, vt malit mihi eſſe ami-
cus, quam his, qui et illi et mihi ſemper fuerunt inimi-
ciſſimi: quorum artificiis effectum eſt, vt respublica in
hunc ſtatum perueniret.

C. CAE-

§. 2. *reliqui*, qui ciuile bellum geſſerunt, Marius, Cinna, Sulla.

§. 3. *id qu. f. poſſit.* Ignoſcere facile erat, ſi ſe ipſum ſciret vincere. Sed erat illud cogitandum, vt victor deinde ſine iniuria in otio viveret, et resp. tuta eſſet a noui belli ſuſpicione.

§. 4. *Cn. Magium*, de cuius nomine copioſius actum ad Balb. IV.

§. 5. *his, qui — inimiciſſ.* Sunt Domitius, Cato, Bibulus, Marcellus, et alii minus inſignes.

C. CAESARIS EPIST. III.

(Att. IX. 13.)

Hanc epiſtolam leges ſupra in Balbi ep. IV.

C. CAESARIS EPIST. IV.

(Att. IX. 14.)

Exponit, quid in bello iam coepto agatur.

(CAESAR Q. PEDIO S.)

Pompeius ſe oppido tenet. nos ad portas caſtra habemus. conamur opus magnum, et multorum dierum, propter altitudinem maris. ſed tamen nihil eſt,
2 quod potius faciamus. Ab vtroque portus cornu moles iacimus, vt aut illum quamprimum traiicere, quod habet Brundiſii copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus.

C. CAE-

* Viſum eſt et hanc epiſtolam inſerere. Integram eſſe, ſatis, vt arbitror, indicant Ciceronis verba: *hoc exemplo.* Inſcriptio in libris non legitur. nos eam hanc vnam ob cauſſam finximus, vt appareret, ad quem ep. ſcripta eſſet. Non tanti eſt, eam rem pluribus excuſare.

§. 1. *oppido* Brundiſio. *opus magnum*, vt obſtruamus portum, et circumuallatione oppugnemus. vid. Caeſ. B. C. I. 25.

Ita breuiter omnia, vt argumentum epiſtolae, non epiſtolam ipſam, te legere credas; ita perſpicue, vt nihil deſideres, niſi exordii ſpeciem ſaltem, et clauſulam, qua rem abſolutam eſſe ſentias, faciliusque acquieſcas. Vid. de talibus ep. Galbae anal.

C. CAESARIS EPIST. V.

(Att. IX. 16.)

Gaudere ſe ſcribit ſua clementia, et eandem a Cicerone agnoſci: quem rogat, vt ad vrbem ſibi praeſto ſit, quod per Dolabellam, quem laudat, ſe impetraturum confidit.

CAESAR IMP. CICERONI IMP. S. D.

Recte auguraris de me, (bene enim tibi cognitus ſum;) nihil a me abeſſe longius crudelitate. Atque ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem: tum meum factum probari abs te, triumpho gaudio. Neque illud 2
me mouet, quod ii, qui a me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicuntur, vt mihi rurſus bellum inferrent. nihil enim malo,

§. 1. *meum f.* clementiam Corfinienſem. * *tr. gaudio.* Sic Graevius cum Boſio pro: *triumpho, gaudeo;* et, vt al. *triumpho et g.* exſultat nempe laetitia.

§. 2. * *diſceſſ. di.* Melius illud puto, quod Graev. in varr. lectt. probare videtur: *diſceſſiſſe ſe dicunt.* nam ſic ſponte ſe abiiſſe dicunt, nec *voluiſſe* manere in caſtris Caeſaris. Caeſar autem eos *dimiſerat*, abire iuſſerat, cum milites captos ſacramento obſtringeret. Aptius ſic ſeq. *nihil enim m.* etc. *me — — ſui*: me clementem et magnanimum, illos implacabiles et ingratos. *vt — inferrent:* Domitius Maſſiliae, Vibullius Rufus in Hiſpania. vid. Caeſ. B. C. I. 34.

§. 4.

Reſpondet ad epiſtolam Ciceronis, qua *collaudauerat* clementiam Caeſaris in facto Corfinienſi. Humaniter ſane reſcribit, ſi minus diligenter et copioſe; quam rem occupationes eius excuſare debent.

§. 2. Tralatitia eſt formula: *ſui ſimilem eſſe.* Hic tamen, quia in vtramque partem adhibetur, et quia admirabili breuitate illam epiſtolae particulam abſoluit, ſingularem vim habet.

3 malo, quam et me mei fimilem effe, et illos fui. Tu, velim, mihi ad vrbem praefto fis, vt tuis confiliis atque
4 opibus, vt confueui, in omnibus rebus vtar. Dolabella tuo nihil fcito mihi effe iucundius. hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas, is fenfus, ea in me eft beniuolentia.

C. CAESARIS EPIST. VI.

(Att. X, 8.)

Deterret Ciceronem, ne ad Pompeii partes transeat, fed vt porro a ciuili bello abeffe iudicet.

CAESAR IMP. CICERONI IMP. S.

Etfi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram; tamen permotus hominum fama, fcribendum ad te

§. 4. *hanc — grat. illi:* perfuaferit tibi, vt ad vrbem mecum fis.

Epiftola eft pulchra. Quae Ciceronem in contrariam partem mouere poffent, iis partim argumenta opponit, partim amicitiam fuam; fi quidem haec ab illis fecernenda eft. Argumenta funt: 1) Fortuna mihi fauet: 2) cauffa non deterior facta eft: 3) conuenit bono et ciui et viro, a ciuili contentione abftinere: 4) quietos et abftinentes a bello ego non fum pro hoftibus habiturus. Placet in primis §phus 2. Gemina parenthefis orationem impeditiorem facere videtur; non tamen offendit aut obfcurat. Minarum terrores adhibere Caefaris manfuetudo non poterat: lenioribus tantum verbis fignificat, meliorem fuorum et mediorum fortem futuram: *tibi m. c. confulueris.* Placent et illa: *fi non f. — condemnauiffe.* Ineft periphrafis τῶ *fi non a partibus Pomp. abftinueris.* Argumenta autem priora his apte et fine verborum pompa inuoluta funt. Quartum argum. poteft in contrariam partem impellere, fi quis fimul incertos bellorum exitus cogitat. Sed Caefar eo crudeli-

te exiſtimaui, et pro noſtra beniuolentia petendum, ne
quo progredereris, proclinata iam re, quo, integra etiam,
progrediendum tibi non exiſtimaſſes. Namque et amici- 2
tiae grauiorem iniuriam feceris; et tibi minus commode
conſulueris, ſi non fortunae obſecutus videbere: (omnia
enim ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe viden-
tur;) nec cauſſam ſecutus, (eadem enim tum fuit, cum ab
eorum conſiliis abeſſe iudicaſti;) ſed meum aliquod factum
condemnauiſſe, quo mihi grauius abs te nil accidere poteſt.
quod ne facias, pro iure noſtrae amicitiae a te peto. Po- 3
ſtremo, quid viro bono, et quieto, et bono ciui magis
conuenit, quam abeſſe a ciuilibus controuerſiis? quod non-
nulli cum probarent, periculi cauſſa ſequi non potuerunt.
tu explorato et vitae meae teſtimonio, et amicitiae iudicio,
neque tutius, neque honeſtius reperies quidquam, quam ab
omni contentione abeſſe. XV. Kal. Mai. ex itinere.

C. CAS-

§. 1. *ne quo pr.* ad Pompeii partes. *exiſtimaſſes.* coniunctiuus hic rem non incertam ſtatuit, ſed ſequitur ob antecedentem coniunctiuum.

§. 3. *periculi c.* a Pompeio. nam ille quietos etiam pro aduerſariis ſuis erat habiturus. *ſequi:* facere illud, quod ſc. probarent, vt neutrius partes ſequerentur. *explor. — iudicio:* quia vitam meam ſcis ab improbitate et crudelitate fuiſſe alienam, et amicitiam erga te firmam et fidelem.

delitatem illorum declarare et vel ſic cauſſam ſuam, quod honeſtior ſit, meliorem demonſtrare voluit. Comparari vtiliter poſſunt Dolabellae epiſtola et Coelii XVI. quarum haec potuit ac debuit ſcribi grauioribus verbis, quam quibus Caeſarem vſum videmus, quia non conſentaneum erat, vt ipſe pro cauſſa ſua cupidius ageret.

C. CASSII EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

C. Cassius etsi in prima epistola se ostendit philosophum, neque a dictionis lepore alienum, tamen multo est notior eius fortitudo, quam doctrina: cuius memoria est fere nulla, cum illius tanta sit laus et fama, quanta maxima fieri possit, adeo vt propter liberam animi contumaciam *vltimus Romanorum* dictus sit. Asperior et ferocior M. Bruto fuisse perhibetur: quod etiam in bello apparuit; in quo ita totus erat, vt nullam aliam cogitationem susciperet; cum Brutus interim, vt studiosior philosophus, contemplandis et percunctandis rebus animum vbique adhiberet. Vid. Appian. B. C. III. c. 183. Rhodi educatum esse, ibique Archelaum habuisse Graecarum artium praeceptorem, idem Appianus refert c. 65 f. Cum Dolabella apud Ciceronem declamasse, discimus ex Cic. ad diu. VII. 33. et rursus aures praebuisse suas declamanti eius filio, credimus ex Cic. filii ep. I. §. 7. si quidem Cassius noster, vt statuimus, ibi intelligendus est. Oratio, quae ei tribuitur apud Appianum c. 90. ff. lenior est, quam pro eius ingenio, vt ex ea statuere non possimus.

Eius epistolae I et III. non male compositae sunt, vt ei ad laudem optimi scriptoris nihil aliud defuisse videatur, quam studium et exercitatio maior.

C. CAS-

C. CASSII EPIST. I.

(ad diu. XV. 19.)

Ad duas epp. respondens Epicureos defendit: in Sullam mortuum et ipsum Caesarem iocans inuehitur: quaerit, quid in Hispania geratur, ostenditque, se malle Caesarem victorem, quam Pompeium filium.

C. CASSIVS M. T. C. S. P. D.

S. V. B. Non mehercule in hac mea peregrinatione quidquam libentius facio, quam scribo ad te. videor enim cum praesente loqui et iocari. Nec tamen hoc vsu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas.

§. 1. ***peregrinatione:*** Brundisii morabatur. *spectra Cat.* Sic nouo vocabulo reddeba Catius εἴδωλα, simulacra, quae Epicurei somniabant, velut exuuias tenuissimas, e superficie omnium corporum suapte natura auelli, et per aërem lapsa inferri in oculos, vt *visio* inde exsisteret. *pro quo*, quod risisti Catium Epicureum. *rusticos* dure et vitiose loquentes. *Ath. natum* rectissime et elegantissime *prae illis* loquentem.

§. 2.

Tota epistola est non inepte iocosa: paullo tamen deterior similibus Tullianis, in quibus lepores minus quaesiti videntur, et aliud ex alio ridiculum iucundiori facilitate fluit. In Epicureorum defensione lepide eodem Pansae exemplo vtitur, quo Cicero eum redarguere voluerat. Dicit autem, abhorrere a sensibus hominum, quod dicant, honestum per se, et ob nullam vtilitatem aut adiunctum bonum, expetendum; probabile autem reperiri, honestatem esse potius verae felicitatis (ἀταραξίας et ἡδονῆς) instrumentum. Post disputationem, quae speciem seueritatis habet, festiue, et eo magis ridicule, quod non exspectas, Sullae oppido crassior philosophia in-

2 dicas. Panſam noſtrum ſecunda voluntate hominum paludatum ex vrbe exiiſſe, cum ipſius cauſſa gaudeo, tum mehercule etiam omnium noſtrorum. Spero enim homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, et quanto amori probitas et clementia: atque ea, quae maxime
3 mali petant et concupiſcant, ad bonos peruenire. Difficile eſt enim perſuadere hominibus, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν eſſe. Ἡδονὴν vero, et ἀταραξίαν virtute, iuſtitia, τῷ καλῷ parari, et verum, et probabile eſt. Ipſe enim

§. 2. * *noſtrorum* ſc. *Epicureorum.* Sic rectius quam *noſtrum* edidit Bengelius, et habet Magd.*

§. 3. *difficile — hominibus*, quod tibi cum Stoicis et aliis placet. Manutius hic repugnante et contextu et doctrina Epicureorum (v. Cic. Fin. I. 13. et alibi) ſupplet: *quod nunc perſuadebitur exemplo Panſae.* Confer modo epiſtolam, ad quam reſpondetur ad diu. XV. 17. τὸ καλόν: honeſtum, (*das moraliſche Schöne.*) Ἡδονήν: animi laetitiam, (non voluptatem impuram.) ἀταραξίαν ſtatum animi a perturbatione vacuum. *probabile* opponitur τῷ *difficile perſu-*

ducitur. Serium eſt, quod §. 6. ſubiicitur. color tamen orationis ita temperatus eſt, vt animum illud non offendat, praeſertim cum ſtatim ad luſum reuocetur. Singulatim §. 5. animaduerte, cum de morte Sullae aliquid reſcribere vellet, quam apte eam rem cum antecedente quaeſtione philoſophica coniunxerit. Non neceſſaria quidem eſt talis diuerſarum partium copulatio: et vt putida μακρολογία potius reprobanda, ſi artis, non naturae videatur. Sed hic ſponte illae res coaleſcunt. *Cuius ego — tuli.* Senſus ſerio loquentis eſt: *cuius ego morte valde gauiſus ſum;* pro quo ironice primo dicit: *valde dolui.* Sed nec in hoc acquieuit. Ad magnum dolorem ferendum *fortis animus* requiritur: vnde metonymia acceſſit. Cicero tantum *aequum animum* poſtulaverat: Caſſius *fortem* affert. Auget etiam per *meherc.* ridiculum, quaſi ſine iuramento res incredibilis ſit. Haec omnia obſcuro ſenſu ſimul percepta ridiculum efficiunt. Nos fortaſſe nimis rhetorice egimus, ſaltem quod ad metonymiam attinet. Quodſi quis alio verbo vti, aut totius ridiculi vim ex aliis principiis explicare voluerit, in rei tamen ſumma vix plura poterit afferre.

enim Epicurus, a quo omnes Catii et Amafinii, mali ver-
borum interpretes, proficifcuntur, dicit: οὐκ ἔστιν ἡδέως,
ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaque et Panfa, qui 4
ἡδονὴν fequitur, virtutem retinet: et ii, qui a vobis Φι-
λήδονοι vocantur, funt Φιλόκαλοι καὶ Φιλοδίκαιοι, omnes-
que virtutes et colunt et retinent. Itaque Sulla, cuius iu- 5
dicium probare debemus, cum diffentire philofophos vi-
deret, non quaefiit, quid bonum effet; omnia bona coë-
mit. Cuius ego mortem forti mehercules animo tuli.
Nec tamen Caefar diutius nos eum defiderare patietur.
nam habet damnatos, quos pro illo nobis reftituat: nec
ipfe fectorem defiderabit, cum filium viderit. Nunc vt 6
ad rempublicam redeam, quid in Hifpaniis geratur, re-
fcribe. Peream, nifi follicitus fum, ac malo veterem
et

perfu. hominibus. Catii et Am. i. e. his fimiles fectatores Epicuri, qui verba et placita doctoris non recte capiunt.

§. 4. * *vobis:* fic Graeuius. Ern. autem, fine dubio ex operarum vitio, *nobis.* Vtrumque defendi poteft: fed illud praeferendum. *et colunt et ret.* Senfu anguftiori Caffius hic *colendi* verbum vfurpauit; quod nifi priori loco pofitum effet, *retinendi* verbum mallem ad difputationem referre, vt effet *neceffarium ftatuere, vel certe non repugnans reliquis placitis.* Sed, vt textus habet, fignificare debet: *conftanter exercere, propter voluptatis ftudium non dimittere.* * Malim tamen vel prius *et* delere, vel *et colunt* in fine fententiae ponere.

§. 5. *bona.* iocatur ambiguitate verbi, quafi Sullae verum bonum elabi non potuerit, cum *omnia* coëmerit Pompeianorum bona. *forti — tuli* v. anal. * *ipfe:* an legendum: *ipfum*, vt pertineat ad Sullam? *cum f. vid.* Hoc nemo intelligit. Senfus totius formulae debet effe: *cum alium fectorem habeat*, vel *cum ei fectore nullo opus fit.* Quis autem *filius* fit, quid τὸ *viderit* fibi velit, ignoratur.

§. 6. *vet. dom.* Caefarem. *nouum crud.* Pompeii filium.

et clementem dominum habere, quam nouum et crudelem experiri.
7 Scis Cnaeus quam sit fatuus: scis, quomodo crudelitatem virtutem putet: scis, quam se semper a nobis derisum putet. Vereor, ne nos rustice
8 gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. Quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui, quam velim scire, vtrum ista sollicito animo, an soluto legas! sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior sim, vale: et me, vt facis, ama. Si Caesar vicit, celeriter me expecta.

C. CASSII EPIST. II.

(ad diu. XII. 11.)

Narrat, a quibus, et quantos exercitus acceperit, hortaturque Ciceronem, vt se remque publicam defendat.

C. CASSIVS PROCOS. M. T. C. S. P. D.

Si vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum et Q. Crispum, impera-

§. 8. *facere op.* dolere, an ridere. *vicit:* Ern. scribendum putat *vicerit* vel *vincit*, quod casu, opinor, scriptum est in comment. Ragazonii.

---

§. 1. *L. Murcum et Q. Cr.* qui adhuc Syriae praefuerant. cf. M. Bruti ep. VIII. §. 3.

§. 2.

Epistola est plane exsanguis, vt mirum sit, quomodo scriptori non indocto, etiam temere haec effundenti, potuerit res non melius cedere. Quam asperum illud ter repetitum *scito!* cuius satietate captus lector inuitus etiam legit *τὸ scire te volo.* Strothius valde Caesarianus ad h. l. „notatur in *sicario* sermonis asperitas in trino illo *scito.*" Verior ratio haec est. Videtur Cassius, vtpote totus bellum

peratores. Viri fortes optimique ciues posteaquam audierunt, quae Romae gererentur, exercitus mihi tradiderunt: 2
ipsique mecum vna fortissimo animo rempublicam administrant. Item legionem, quam Q. Caecilius Bassus habuit, ad me venisse scito: quatuorque legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito.
Nunc te cohortatione non puto indigere, vt nos absentes, 3
remque publicam, quantum est in te, defendas. Scire te volo, firma praesidia vobis senatuique non deesse, vt optima spe, et maximo animo rempublicam defendas. Reli- 4
qua tecum aget L. Carteius familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis, ex castris Taricheis.

C. CAS-

§. 2. *quae R. ger.* contra consules, maximeque Dolabellam. *Q. Caec. Bassus*, qui occupare Syriam ausus erat. *Allienus*, Dolabellae legatus, qui Cassio resistere non audebat.

§. 4. *tecum aget:* sine dubio, vt de Cassio, aut eius exercitu, aliquid referatur ad senatum. *Taricheis:* Tarichea erat oppidum Iudaeae munitissimum.

lum spirans, nimia ob celeriter sibi confectum exercitum laetitia elatus, hanc exarasse in summa festinatione, cum nihil nisi legiones suas cogitaret.

C. CASSII EPIST. III.

(ad diu. XII. 12.)

Laudata Ciceronis beneuolentia, rurſus de exercitibus et ſtatu ſuo ſcribit, ſi forte ſuperiores epp. non redditae ſint. Deinde ſua et exercitus ſui commoda commendat. Poſtremo in Ciliciam contra Dolabellam proficiſci ſibi in animo eſſe ſignificat.

CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI SVO.

Si vales, bene eſt: ego quidem valeo. Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim non ſolum fauere nobis, id quod et noſtri et reipublicae cauſſa ſemper feciſti: ſed etiam grauem curam ſuſcepiſſe, vehementerque eſſe de nobis
2 ſollicitus. Itaque, quod te primum exiſtimare putabam, nos, oppreſſa republica, quieſcere non poſſe: deinde cum ſuſpicarere nos moliri, quod te ſollicitum eſſe et de ſalute noſtra et de rerum euentu putabam; ſimulac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, ſcripſi ad

Epiſtola non eſt ornata aut valde iucunda lectu, tamen diligentius multo ſcripta, quam prior, et propter ordinem, perſpicuitatem et orationis non inuenuſtae aequabilitatem laudanda. Cum, Antonio hoſte iudicato, Ciceronis eſſet rurſus ſumma auctoritas, non inepte huic adulatur auctor, vt ſe cauſſamque ſuam tueatur. Iam §. 4 et 5 hoc agit, diligentius autem §. 6. vbi callide exercitum ſuum vnice a Cicerone pendere dicit; hoc et ſua opera effici (*de cuius v. aſſ. audiendo.*) Illud vnum: *qui ſi — eſſe* non ſatis placet, quia iam id intelligere debent milites, cum de Ciceronis voluntate aſſidue audiant. Mallem claris verbis: *qui ſi pro meritis ornati fuerint;* aut ſi hoc modeſtiae cauſſa ſcriptor vitauit, ſaltem pro *eſſe* τὸ *fuiſſe*, vt res non ſpes militibus praebita intelligeretur.

ad te, tabellariosque complures Romam misi. Scripsi et- 3
iam ad senatum litteras, quas reddi vetui prius, quam
tibi recitatae essent: si forte mei obtemperare mihi volue-
rint. Quodsi [litterae] perlatae non sunt, non dubito, quin
Dolabella, qui, nefarie Trebonio occiso, Asiam occu-
pauit, tabellarios meos deprehenderit, litterasque inter-
ceperit. Exercitus omnes, qui in Syria fuere, teneo.
Habui paululum morae, dum promissa militibus persoluo.
Nunc iam sum expeditus. A te peto, vt dignitatem 4
meam commendatam tibi habeas, si me intelligis nullum
neque periculum neque laborem patriae denegasse:
si contra importunissimos latrones arma cepi te hor-
tante et auctore: si non solum exercitus ad rempubli-
cam libertatemque defendendam comparaui, sed etiam cru-
delissimis tyrannis eripui: quos si occupasset Dolabella, non
solum aduentu, sed etiam opinione et expectatione exerci-
tus sui Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere, 5
si eos mirifice de republica meritos esse animaduertis: et
effice, ne quem poeniteat, rempublicam, quam spem praedae
et

§. 2. *scripsi ad te* litteras anteced.

§. 3. * *litterae.* Hoc verbum inclusi, vt suspectum. nec enim legitur in Magd. et commodius abest. *Habui p. morae:* videtur τὸ *habui* explicandum per *sumsi mihi*, vt illud morae tempus nondum plane praeteriisse intelligatur, et praesens *persoluo* sequi possit. Sic *habui* pro *accepi* interdum dr. vt *habuero* Lentuli ep. I. §. 11. Nescio, an simile sit Coel. IV. 7. *habitus esset — et referretur.* Sensus autem est: non statim aduersus Dolabellam profectus sum.

§. 4. *vt dign. — habeas.* Intelligere vult Ciceronem, vt sibi Syria bellumque aduersus Dolabellam gerendum decernatur. nam adhuc priuato consilio vtrumque sibi arrogauerat. *crud. tyrannis;* quos nominat, Dolabellae et Antonio.

et rapinarum, ſequi maluiſſe. Item Murci et Criſpi, imperatorum, dignitatem, quantum eſt in te, tuere. Nam Baſſus miſere noluit mihi legionem tradere. Quod niſi milites, inuito eo, legatos ad me miſiſſent; clauſam Apa-
6 meam tenuiſſet, quod vi eſſet expugnata. Haec a te peto, non ſolum reipublicae, quae tibi ſemper fuit cariſſima, ſed etiam amicitiae noſtrae nomine, quam confido apud te plurimum poſſe. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, ſenatus atque optimi cuiusque eſſe, maximeque tuum: de cuius voluntate aſſidue audiendo, mirifice te diligit, carumque habet. Qui ſi intellexerit, commoda ſua curae tibi eſſe; debere etiam ſe tibi omnia putabit.
7 Litteris ſcriptis, audii, Dolabellam in Ciliciam veniſſe cum ſuis copiis. Proficiſcar in Ciliciam. Quid egerim, celeriter vt ſcias, dabo operam. Ac velim, vt meremur de republica, ſic felices ſimus. Fac valeas, meque ames. Nonis Maii, ex caſtris.

---

§. 5. *Nam B. — tradere:* ergo hunc vt tuearis, non peto. *miſere* in contemtum dicitur pro *inepte, puerili contumacia,* quod auderet cum tanto exercitu contendere. Sic ſaepius adiectiuum *miſer. Apameam* Syriae.

§. 7. *Ac velim — ſimus* videntur affirmantis eſſe, pro quibus vſitatiori ordine: *ita velim felices ſimus, vti meremur de rep.* i. e. optime certe m. de r.

CASSII Q.
EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Aliquid et hic praefandum eſt, non quo neceſſe putemus eſſe ad inſtituti noſtri rationem, ſed vt hanc a Caſſii epiſtolis rite ſecernamus. Nam etſi non ſatis conſtat, qui Caſſius huius ep. auctor fuerit: tamen argumentis non contemnendis Strothius epp. ſelect. p. 453. nullum Caſſium eſſe docet, ſed Lentulum, cuius epiſtolas duas infra habemus. Breuius illa indicabimus. 1) Ex §. 6. init. patet, praefectum Aſiae loqui. 2) Diſtinguitur Caſſii claſſis ab ea, quam ſcriptor epiſtolae pariter ac Turulius et Patiſcus adduxerat. Hinc ille, cuius eſt haec ep. ex iisdem regionibus, Bithynia vel Aſia, veniſſe intelligendus eſt. 3) Magna in rebus et ſententiis ſimilitudo eſt. His Strothii argumentis nos addimus: 4) Cicero ad Brut. II. 2. dicit: *litterae mihi redditae ſunt a Lentulo noſtro de Caſſio, de legionibus, de Syria:* quae commode ad §. 6—9. maximeque ad §. 9. referri poſſunt. Ratio dierum non conſtat: ſed in illis notandis librarii negligentiores fuerunt.

Quod proprie huius loci eſt, id eo iuſtiori de cauſſa praetermittimus, quia et vna tantum epiſtola iudicandi materiam praebet, et lectores ſe ad iudicium de Lentulo referre poſſunt, cuius orationem ad huius epiſtolae ſimilitudinem accedere non optamus, vt propoſita ſtabiliatur opinio, ſed, diligenter comparatis vtriſque, ex noſtro ſenſu poſſe ſtatuere videmur.

(ad diu. XII. 13.)

Laetitiam suam ob victoriam Mutinensem ostendit, eiusque laudem Ciceroni tribuit. Huic se studiose commendat. Inde res a se gestas exponit, et ad optimam spem hortatur.

CASSIVS Q. M. CICERONI S. D.

Si vales, bene est: valeo. Cum reipublicae vel salute vel
victoria gaudemus; tum instauratione tuarum laudum,
quod maximus consularis maximum consulem te ipse vici-
2 sti, et laetamur, et mirari satis non possumus. Fatale ne-
scio quid tuae virtuti datum; idque saepe iam experti su-
mus. Est enim tua toga omnium armis felicior: quae
nunc quoque nobis paene victam rempublicam ex manibus
3 hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo viuemus liberi:
nunc te, omnium maxime ciuis, et mihi carissime, id quod
maxi-

§. 1. *cum — gaud.* Antonio ad Mutinam victo. *instaur. t. laud.* nam e sententia Ciceronis Antonius hostis iudicatus, vt olim in eiusd. consulatu Catilina. cf. M. Brut. VI. 23.

§. 3. *max. r. tenebris.* Caesare regnante.

§. 4.

Epistola non in toto, sed in partibus probanda. Initium fit a declamatione satis inepta, quae nescio quid magni iubet sperare, quod epistolae modus non capiat. Sed post aliquot formulas oratorias sublimioris dictionis peracta est caussa. Inde a §. 3. oratio fit popularis: et apparet, quorsum illa quasi panegyrici particula spectarit; vult se ipsum commendare scriptor. hoc facit melius et copiosius. Non vult a Cicerone, vt hic promiserat, aliis commendari, sed ipse potius commendatus esse: nec postulat plus, quam vt vnus sit de multis, quos Cicero foueat. Haec modeste, humaniter, nec vulgariter, inprimis §pho 5, dicta sunt. Narratio §. 6. —9. est reliquis epistolae partibus melior; est elegans, breuis, dilucida, nec sine iudicio rerumque delectu composita.

maximis reipublicae tenebris comperiſti; nunc te habebi-
mus teſtem noſtri, et in te, et in coniunctiſſimam tibi rem-
publicam, amoris: et, quae ſaepe pollicitus es, te et ta-
citurum, dum ſeruiremus, et dicturum de me tum, cum
mihi profutura eſſent. nunc illa non ego quidem dici
tantopere deſiderabo, quam ſentiri a te ipſo. Neque enim 4
omnium iudicio malim me a te commendari, quam ipſe
tuo iudicio digne ac mereor commendatus eſſe: vt haec
nouiſſima noſtra facta non ſubita, nec inconuenientia, ſed
ſimilia illis cogitationibus, quarum tu teſtis es, fuiſſe iu-
dices, meque ad optimam ſpem patriae non minimum
tibi ipſi producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, 5
propinquique digni quidem te, et merito tibi cariſſimi.
Eſſe etiam debent in republica proxime hos cari, qui ſtu-
diorum tuorum ſunt aemuli: quorum eſſe cupio tibi co-
piam. Sed tamen non maxima me turba puto excludi,
quo minus tibi vacet me excipere, et ad omnia, quae ve-
lis

§. 4. *quam ipſe t.* etc. *ipſe* hic eſt: ſponte, per me, vt precibus et laude propria non opus ſit. **digne ac mereor*: durum videtur. Pronum eſſet coniicere: *d. ac merito.* nec tamen ſatisfacit. *nouiſſ. n. facta:* ea, quae contra Dolabellam molitus ſum. *inconuenientia*, quae repugnent antecedentibus. Lege diſputantem M. Brutum ep. VI. §. 22. ſſ.

§. 5. *ſtudiorum tuor.* in defendenda rep. * de ordine verbb. vide con-

§. 4. *Digne ac m.* melius: *digne, et vt merear.*

§. 5. *qui — aemuli.* Τὸ *qui* et *ſunt* vitioſe abundant, vt, niſi contextus repugnaret, legere mallem *ſint*, vt caritate Cicero eos, quos tuendos delegerit, excitare diceretur ad aemulationem. Sed videtur auctor cauiſſe, ne prius comma nimis longum fieret. Subvereor tamen, ne ſcriptor hunc meliorem verborum ordinem dederit: *Eſſe etiam deb. pr. h. cari, qui ſt. t. in rep. ſ. aemuli. non maxima — excl.* melius τὸ *non* po-

lis et probes, producere. Animum tibi noſtrum fortaſſe probauimus: ingenium diutina ſeruitus certe, qualecunque
6 eſt, minus tamen, quam erat, paſſa eſt videri. Nos ex ora maritima Aſiae prouinciae, et ex inſulis, quas potuimus naues deduximus. Dilectum remigum, magna contumacia ciuitatum, tamen ſatis celeriter habuimus. Secuti ſumus claſſem Dolabellae, cui Lucilius praeerat: qui ſpem ſaepe tranſitionis praebendo, neque vnquam non decedendo, nouiſſime Corycum ſe contulit, et clauſo
7 portu ſe tenere coepit. Nos illa relicta, quod et in caſtra peruenire ſatius eſſe putabamus, et ſequebatur claſſis altera, quam anno priore in Bithynia Tillius Cimber compararat, cui Turulius quaeſtor praeerat; Cyprum petiuimus. Ibi quae cognouimus, ſcribere ad vos quam celer-
8 rime voluimus. Dolabellam vt Tarſenſes, peſſimi ſocii, ita Laodiceni, multo amentiores, vltro arceſſierunt: ex quibus vtrisque ciuitatibus, Graecorum militum numero ſpe-

coniecturam in anal. *ingenium — videri:* ing. meum, in Caeſaris dominatu, cum nemo emergere et virtutes ſuas oſtendere poſſet, etſi per ſe non magnum fortaſſe eſt, tamen ne tantum quidem apparere potuit, quantum eſt.

§. 6. *dedux.* in mare. * *neque deced.* Graeuii coniectura *recedendo* placet Erneſtio, et ſenſum clarum dat. In Magd. eſt: *nec nunquam dec.* Si *neque vmqu. dec.* verum eſſet, *decedere* caperem pro *transire*, *transfugere*, vt intelligendum videtur Poll. ep. II. §. 9. Sed incerta omnia.

§. 9.

poneres ante *puto.* *minus — vid.* *tum erat;* aut pro *paſſa eſt vid.* aut dici debuit: *non tantum quan-* aliud, v. g. *fecit, vt videretur.*

ſpeciem exercitus effecit. Caſtra habet ante oppidum
Laodiceam poſita, et partem muri demolitus eſt, et caſtra
oppido coniunxit. Caſſius noſter cum decem legionibus, 9
et cohortibus viginti auxiliariis, et quatuor millium equi-
tatu, a millibus paſſuum viginti, caſtra habet poſita Πάλ-
τῳ: et exiſtimat, ſe ſine praelio poſſe vincere. Nam iam
ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam eſt. Niſi
quid nauibus Laodicenorum ſupportarit, cito fame pereat,
neceſſe eſt. ne ſupportare poſſit, et Caſſii claſſis bene
magna, cui praeeſt Sextilius Rufus, et tres, quas nos ad-
duximus, ego, Turulius, Patiſcus, facile praeſtabunt.
Et volo vos bene ſperare, et rempublicam, vt vos iſtic 10
expediſtis, ita pro noſtra parte celeriter vobis expediri poſ-
ſe, confidere. Vale. Data Idibus Iun. Cypro, a
Crommyu acride.

M. CA-

§. 9. *ternis tetr.* medimni menſura vſitatiſſima intelligitur. *Med.* autem paullo maior erat modio Berolinenſi, minor Dresdenſi. Iam ſi drachma valet, his quidem temporibus, quinque groſſos, pretium erit duorum thalerr. convent. cum dimidio.

§. 10. *expediſtis* ſc. remp. victo nempe Antonio. *Crommyu acr.* Κρομμύου ἄκρις eſt promontorium Cypri.

§. 10. Clauſula inepte et inconcinne tam numeris, quam ſententiis cadit. *Et v. v. b. ſperare* quam multum differt ab: *et remp. cel. v. exped. poſſe confidere?* Non erat ergo prius *et* ponendum. Reliquis h. l. non immoramur.

M. CATONIS
EPISTOLA.

Coniectura

de eius ingenio et oratione.

Magnum est Catonum nomen: sed nullius facile maior laus, quam huius nostri Catonis, qui vel *Minor*, vel ab vrbe, vbi voluntaria morte obiit, *Vticensis* cognomine dicitur. Is non tam doctrina, aut eloquentia, quam probitate et virtute, inprimisque constantia et perseuerantia nobilitatus est, adeo vt *Catonis* nomen aliquando non hominis esset, sed virtutis, et declararet virum probum et sanctum, et iusti honestique tenacissimum. Sed tamen nec a litteris fuit alienus hic Vticensis noster, ita vt distinctionis caussa Plutarchus eum philosophum appellaret in vita Catonis mai. extr. Ex eodem Plutarcho (in huius vita) e Cicerone, Mur. c. 29. ff. Parad. praef. et aliis scriptoribus constat, Stoicum fuisse. Ea haeresis nullum sequebatur florem orationis, neque dilatabat res ad explicandum propositas. Hinc non modo ad ingenium suum, sed etiam propter disciplinam, cuius praeceptis et institutis imbutus erat, dixisse intelligendus est, *se contra consuetudinem suam pluribus scripsisse*, cum tamen reipsa paucis verbis scripserit Bonum autem oratorem fuisse, vt Stoicum certe, iidem auctores non obscure indicant. Plutarchus quidem c. 5. dicit, *in prima eius oratione nihil iuuenile, nihil ornatius compositum, elatiora tamen omnia fuisse, et plena, et aspera, et vero etiam ob vrbanitatem, sententiarum breuitatem, animumque eius verbis expressum, iucunda.* Eadem fere laus in hanc epistolam conuenit: in cuius *forma*, nisi opinio de Catone aliunde suscepta sensum meum

meum praestringit, animaduertere licet animum scriptoris aspera quadam et seuera virtute, eaque aequabili et constante, insignem.

(ad diu. XV. 5.)

Excusat se, quod supplicationem Ciceroni decernendam non censuerit: et tamen, se gaudere, quod decreta sit, persuadere vult.

M. CATO M. T. C. IMP. S. P. D.

Quod et respublica me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutem, innocentiam, diligentiam,

§. 1. Post *rebus* et *foris* sustuli incisum, quo sensus clarius appareret, scil. *vt gaudeam*, *tuam virt.* — *domi*, *cum togatus esses*, *nunc*, *cum foris es armatus*, *pari industria in rebus gerendis versari.* Trahunt enim vtrumque, nempe *d. tog.* et *arm. f.* ad superiora:

Ingeniose excogitatum et perquam speciosum est, quod ad defendendam sententiam suam affert; se honorificentissimum imperatoris bene meriti praemium in laude senatus ponere, supplicationem autem nec per se, nec si propter sequentem plerumque triumphum expetatur, tam amplam esse, quam honorificum senatus iudicium. Non tamen imposuit Ciceroni. v. Att. VII. 1, 2, 3. Multo minus alterum persuadere potuit, quod est §. 3 et 5. fin. Quomodo enim *gaudere* potest Cato, id factum esse, quod ipse noluerit, et ad amici honorem minus illustre putarit? aut quomodo dubitanter potest dicere: *si tu mav.?* quasi non epistola diligentissime scripta, (ad diu. XV. 4.) se id multo malle, declarauerit. In tanta tamen breuitate res vix potuit melius expediri. De oratione, quam probamus, pauca monere liceat. Priores periodi aeque longae et nimium similes sunt: quae similitudo in clausulis maxime taedium affert. Cic. de or. III. 50.

§. 1. *domi — foris:* horum verborum collocatio facile ambiguitatem peperit. mutanda ergo aut aliter collocanda erant.

tiam, cognitam in maximis rebus domi togati, armati fo-
2 ris pari induſtria adminiſtrare gaudeam. Itaque, quod
pro meo indicio facere potui, vt innocentia conſilioque tuo
defenſam prouinciam, ſeruatum Ariobarzanis cum ipſo re-
ge regnum, ſociorum reuocatam ad ſtudium imperii noſtri
3 voluntatem, ſententia mea laudarem, feci. Supplicatio-
nem decretam, ſi tu, qua in re nihil fortuito, ſed ſum-
ma tua ratione et continentia, reipublicae prouiſum eſt,
diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acce-
4 ptum mauis, gaudeo. Quodſi triumphi praerogatiuam
putas ſupplicationem, et idcirco caſum potius, quam te,
laudari mauis: neque ſupplicationem ſequitur ſemper
trium-

riora: *cogn.—rebus;* cum tamen *arm. f.* ad vltima referendum ſit. * *adminiſtrare* ſcripſi cum Graeuio pro *adminiſtrari.* hoc, quocunque modo intelligas, durum eſt, et ſententiam mancam gignit.

§. 2. *Ariobarzanis* regis Cappadocum, cui fauebat Cato, et qui a ſenatu, Catonis auctoritate, Ciceroni commendatus fuerat. Regi autem ſacerdos bellum parabat. ad diu. XV. 2. et 4. De ſacerdotis Bellonae potentia vid. Hirt. B. Alex. c. 66.

§. 4. *praerogat.* quid ſit, lexica facile docent, * Animaduerſione fortaſſe non indignum, quod in Magd. ſcriptum eſt *progatiuam*, et litteram *p*, nulla alia nota diſtinctam, librarius ipſe puncto ſupra poſito ſuſtulit.

§. 6.

§. 3. Periodus huius §phi habet neſcio quid difficile et operoſum, quod et obſcuritatem attulit.

§. 4. *ſenatum ind.—eſſe:* haec videntur verboſa, quia opponuntur vni verbo *triumphi.* Alius, opinor, dixiſſet melius: *ſenatus iudicium*, et reliqua etiam in concinniorem antitheſin concluſiſſet.

benign. deorum. Magis haec *Catonis* quam *Stoici* eſſe puto, ſe vltra deos efferre, eorumque vim prae humana virtute contemnere, aut hanc ſaltem ab illorum prouidentia et arbitrio ſeiungere. cf. §.3. Conuenienter ergo Lucanus Pharſ. I. 128. *Victrix cauſa deis placuit, ſed victa Catoni:* quem verſum male reprehendi, vel haec epiſtola docet.

triumphus; et triumpho multo clarius eſt, ſenatum iudicare, potius manſuetudine et innocentia imperatoris prouinciam, quam vi militum, aut benignitate deorum, retentam atque conſeruatam eſſe: quod ego mea ſententia
cenſebam. Atque haec ego idcirco ad te contra conſue- 5
tudinem meam pluribus ſcripſi, vt, quod maxime volo, exiſtimes, me laborare, vt tibi perſuadeam, me et voluiſſe de tua maieſtate, quod ampliſſimum ſim arbitratus;
et, quod tu maluiſti, factum eſſe gaudere. Vale, et nos 6
dilige, et inſtituto itinere ſeueritatem diligentiamque ſociis et reipublicae praeſta.

Q. CICE-

§. 6. *itinere*, conſuetudine vitae. Sic interpretantur. Sed poſſit etiam proprie dictum eſſe, vt Cicero decedens e prouincia moneatur, vt ei praeficiat ſeuerum et diligentem hominem.

Q. CICERONIS EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

De Q. Ciceronis ingenio et oratione nemo melius iudicare potuit, quam Marcus frater, qui vel in eo, quod ei inſcripſit libros tres *de oratore*, bene dicendi vel laudem vel iudicium tribuit. Sed audiamus ipſum, qui L. II. c. 3. *quid tua*, inquit, *poteſt oratione aut ſubtilius aut ornatius eſſe?* Reliqua breuitatis ſtudio omittimus. Quodſi illud iudicium ab amore fraterno profectum non tantam, quantam volumus, auctoritatem habet, meminiſſe debemus, quam non pepercerit Marcus Quinto in grauioribus vitiis, a molli, vt videtur, in omnem partem animo natis, vt v. c. eius iracundiae et aſperitati, ſi poſſet, moderaretur. Neque tamen huic fratris laudi vnice credere debemus. Habemus praeter has paucas epiſtolas etiam librum eius de petitione conſulatus, ex quo ipſi de eo exiſtimare poſſumus. *Henr.* quidem *Stephanus*, vt ſcriptum reperio in Fabric. Bibl. Lat. *dictionem eius cum fratris ſermone collatam dicit non minus radere delicatas aures, quam filii Ciceronis, et Coelii, et Aſinii Pollionis, aliorumque Tullii aequalium, quorum ad illum epiſtolae exſtant.* Sed hoc vnde acceperit, neſcio: e *ſenſu* ſuo quis eum credat talia proferre potuiſſe? Nobis vero Quintus videtur minus copioſus et plenus Marco, minus ſplendidus, minus etiam terſus et limatus, ita bonus tamen ſcriptor, vt ei a fratre iuſta dictionis laus impertita reperiatur, et vt in multis eius liber cum epiſtola Marci Qu. Fr. I. 1. recte comparari poſſit. Bonum etiam epiſtolarum artificem fuiſſe, e paucis, quas habemus, ſtatuere licet.

Cete-

Ceterum etsi alienum est ab instituto nostro, illud addere tamen ad laudem hominis licebit, maiorem eius fuisse in poësi exercitationem et facultatem. Hoc etiam nobis prodidit frater, qui Q. Fr. II. 16. *tibi versus*, inquit, *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας mittam:* et III. 1. med. *Poëma ad Caesarem, quod composueram, incidi: tibi, quod rogas, quoniam ipsi iam fontes sitiunt, si quid habebo spatii, scribam.* In eand. sententiam ep. 5 et 6. *Tu, qui omnes isto eloquendi et exprimendi genere superasti, a me petis? quatuor tragoedias XVI. diebus absoluisse cum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris?* Quo minus mirandum est, si in oratoriis ornamentis et numeris aliquantulum cessat: magis vero etiam mirandum, quod in iis, quae habemus a poëtica dictione, qua poëtae facile orationem quotidianam contaminant, tam feliciter sibi temperauit.

Q. CICERONIS EPIST. I.

(ad diu. XVI. 8.)

Ostendit, quantae curae sibi Tironis valetudo sit, monetque, vt iter facturus sibi a frigore caueat.

Q. CICERO TIRONI S.

Magnae nobis est sollicitudini valitudo tua. nam tametsi qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, si diutius a nobis afuturus est is, cuius vsum et suauitatem de-

Sine artis vlla affectatione pulchre scripta epistola. Ea vis, puto, fuit amoris, quem singula fere verba spirant.

§. 1. *cuius — desid. sentimus.* fatetur quodammodo, se valentem Tironem non tanti fecisse. eo magis in proposita sententia fidem facit candidus homo.

2 desiderando sentimus. Attamen quamquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam longae nauigationi, et viae per hiemem, nisi bene firmum, com-
3 mittas, neue nauiges, nisi explorate. Vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valitudine vitatur: nedum in mari et via sit facile abesse ab iniuria temporis.

Ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον,

inquit Euripides. Cui tu quantum credas, nescio. ego certe
4 singulos eius versus singula eius testimonia puto. Effice, si me diligis, vt valeas, et vt ad nos firmus ac valens quam primum venias. Ama nos, et vale. Q. F. tibi salutem dicit.

Q. CICE-

§. 2. *tota cogitatione*, vt nihil aliud cogitem, vehementer. *explorate* explorata, id est, certo cognita coeli temperie. cf. Planci ep. III. §. 10.

§. 3. *frigus* Erkältung. * λεπτῷ χρ. vno verbo Graeuii auctoritate, nec sine libris, scribi volunt λεπτόχρωτι, vt sit *homo tenuis corpore*, non *tenue hominis corpus*. ad sensum nihil interest. ° *sing. eius t. p.* τὸ *eius* puto ex antecedenti male repetitum, quo seruato haec sententia etiam de miserrimo poëta valet. nam *testimonia* debent esse h. l. sententiae, de quarum veritate dubitari non liceat, vt in rhetoricis dicuntur, non quas auctor veras credat.

§. 3. *vix in ipsis* etc. vulgare monitum amabili simplicitate expressum, ex quo apparet, quam serio velit, Tironis saluti prospectum. Commode subiicitur versus Euripidis, et eiusdem poëtae laus, non quo probabilior fiat res, quae testimonio non egeat, sed quia hoc releuat aegroti animum, si secum, vt cum bene valente, agi videt: et si tale quid obiicitur, a cogitatione morbi mentem auocat.

Q. CICERONIS EPIST. II.

(ad diu.* XVI. 16.)

De Tirone manumisso gaudium suum declarat.

Q. C. M. CICERONI FRATRI S. P. D.

De Tirone, mi Marce, ita te, meumque Ciceronem, et meam Tulliolam, tuumque filium videam, vt mihi gratissimum fecisti, cum eum, indignum illa fortuna, ac nobis amicum, quam seruum, esse maluisti. Mihi crede, tuis et illius litteris perlectis, exsilui gaudio: et tibi et ago gratias et gratulor. Si enim mihi Statii fide- 2
litas est tantae voluptati; quanti esse in isto haec eadem bona

§. 1. *ita — videam:* hoc potest inseruire iuramento, quatenus, per aliquod tempus absens, illorum desiderio tenebatur. Posset quispiam, vt Ascensius fecit, supplere *incolumes*, vt simile esset Terentiano: *ita mihi — superstes* Heaut. V. 5. Sed an Quinto *libertas Tironis* tanti esse potuit, quanti *suorum omnium vita?* * *cum eum:* Magd. omittit τὸ *eum*. *indignum illa f.* intellige ex *maluisti* per Zeugma *voluisti*, i.e. iudicasti, de quo genere Zeugmatis ap. Latinos v. Cort. ad diu. XII. 14. ap. Graecos autem vid. quos laudat Fischerus, praeceptor noster immortaliter de nobis meritus, ad Plat. Apol. S. c. 28.

§. 2. *Statii* liberti mei. * *haec ead. b.* quae? nam de *vna* fidelitate antecessit. Illud autem friuolum est, quod dicunt in fidelitate plura inesse bona. Ego quidem vnum tantum bonum, et — ipsam quidem *fidelitatem* mente assequor: et certe valde philosophandum et hoc verbum contra vsum sermonis torquendum, vt plura inde bona exprimas. Denique aliquod verbum excidisse credo in antecedenti sententia, vt v. g. pro *fidelitas* scriptum fuerit *fides et sedulitas*, quae virtutes in liberto alias laudantur; v. g. Coel. ep. III. §. 5.

litt.

Ita scripta est ep. vt a summo gaudio profectam intelligas.

bona debent, additis litteris, ſermonibus, humanitate, 3 quae ſunt his ipſis commodis potiora? Amo te omnibus equidem maximis de cauſſis; verum etiam propter hanc; vel quod mihi ſic, vt debuiſti, nuntiaſti. te totum in litteris vidi. Sabini pueris et promiſi omnia, et faciam.

Q. CICE-

litt. ſerm. human. Saepius haec verba iunguntur, vt ſynonyma fere, e. g. Verr. III. 4. ad diu. XIV. 3. Si diſtinguere velis, intelligas h. l. *gründliche Kenntniſſe, feine und gelehrte Unterhaltungen, ein durch Wiſſenſchaften ausgebildeter Geiſt.*

§. 3. *propter hanc,* quae §. 1. *vel:* adeo, ob illud ipſum. noua cauſſa additur. *Sic:* verbis amantiſſimis. Sed et alia hic cogitari poſſunt. **promiſi.* Magd. habet *promiſſa,* quod vellem aliis codd. confirmaretur. cf. ep. ſeq. §. 1.

§. 2. *additis — potiora.* Haec minus placent, et recte abeſſe poterant. Nam de his ſaepius inter ipſos dicendi locus fuit, et hero notiora eſſe debuerunt. Tanto magis probanda ἐμφατικώτερα illa: *vel qu. — vidi.* In magna laetitia videntur omnia, etiam quae ad rem nihil pertinent, laetiora, et iucundiorem nobis ſpeciem offerunt; vt vndique laetandi materiam capere poſſimus: quam animi affectionem noſtri appellant *fröhliche Laune.* Inde illa: 1) *quod m. — nuntiaſti* 2) *te — vidi.*

Q. CICERONIS EPIST. III.

(ad diu. XVI. 26.)

Negligentiae in mittendis epistolis Tironem accusat, quas etiam sine argumento scribi postulat.

Q. CICERO TIRONI SVO S. P. D.

Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuicio, quod fasciculus alter ad me iam sine tuis litteris perlatus est. Non potes effugere huius culpae poenam, te patrono. Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione, vide, vt probare possit, te non peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae: sic tu, etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesiuisse videaris. Valde enim mi semper et vera et dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, et vale. 2

Q. CICE-

§. 1. *verberaui conuicio:* castigaui reprehensione tacita. * *perl. est:* in Magd. omittitur τὸ *est.*

§. 2. *lagenas* — *obs.* nam dicere potuissent serui, vel alii domestici fures, eam in numero errare; oblitam esse; plures ab ea relictas esse inanes. *ne furt.* — *videaris.* Sensus debet esse: *ne sub excusatione,*

Vtrumque caput iocose, nec inepte, nisi quod simile paullulum claudicat. nam nec satis clare expressum, nec conueniens satis est. Quoad rem ipsam aptius, opinor, ita esset: — *sic ego* — *tamen et inanes litteras mihi obsignari mittique volo, ne dicas, te non ausum inanes mittere, cum forte plenas dare potueris.* De *verberaui* v. ep. seq.

Q. CICERONIS EPIST. IV.

(ad diu. XVI. 27.)

Iudicium Tironis de Coff. defignatis probat, in quos ipfe grauiffime inuehitur. adiungit de amore fuo fingulari.

Q. C. TIRONI SVO S. P. D.

Mirificam mihi verberationem ceffationis epiftola dedifti. Nam, quae parcius frater perfcripferat, verecundia videlicet et properatione, ea tu fine affentatione, vt erant, ad me fcripfifti, et maxime de confulibus defignatis: quos ego penitus noui libidinum et languoris effeminatiffimi animi plenos: qui nifi a gubernaculis receffe-rint,

tione, quod inanem ep. mittere nolueris, mihi aliquando plenam retineas furto, fiue, quae plena effe poffit et debeat, ea nulla fit. Nam quoniam femel fcribendum erit, facilius de re aliqua grauiori fcribet, quam verbis inanibus vtetur. Eadem eft fcribendi opera; difpar autem a Quinto gratia.

---

§. 1. *mirif. — dedifti:* ironice et amice. Scripferat nempe Tiro poft antecedentem epiftolam, vt coniicere poffumus, in hanc fententiam: *Ego vero non cogitatione, fed epiftola ob ceffationem te verberabo: obfignaui, vt voluifti, inanem.* Dicit ergo Cicero, non male fecum actum, nullam hanc fuiffe caftigationem. rationem addit ipfe. *affentatione:* vana laude hominum indignorum. *Coff. defign.* Hirtio et Panfa. *effem. animi.* hic genit. pendet a *languoris:* tribuitur illis *languor* proprius animo effeminatiffimo.

§. 2.

§. 1. *mirif. — ded.* Manut. h. l. „quid poteft effe durius, aut magis diuerfum a Marci fratris puriffimo fermone?“ Sed fine dubio *verberandi*, quod maxime offendit, verbo inter fe iocati funt, quia nuper Tiro, vt feruus, verberibus obnoxius fuerat.

rint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Incredibile eſt quae ego illos ſcio, oppoſitis Gallorum caſtris, in aeſtiuis feciſſe: quos ille latro, niſi aliquid firmius fuerit, ſocietate vitiorum deliniet. Res eſt aut tribuniciis aut priuatis conſiliis munienda. Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Caeſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, vt dixi, fero oculis. Ego vos, a. d. III. Kalend. videbo, tuosque oculos, etiamſi te veniens in medio foro videro, diſſuauiabor. Me ama. Vale.

(Margin section numbers: 2 beside "Incredibile eſt … ca-", 3 beside "… fero ocu-".)

CICE-

§. 2. *latro* Antonius. *niſi — fuerit* niſi alii fortiores et continentiores ad remp. defendendam exſtiterint. *Caeſenam — Coſſut. tab.* ſunt nomina corrupta, (vt videtur,) locorum ignobilium: alterius vixdum fundamenta iacta. *fero oc.* v. anal.

§. 2. Cum magna vi dicta ſunt illa: *oppoſ. — aeſtiuis:* paene in acie et pugna libidini et turpibus voluptatibus obſecuti dicuntur. Si in *hibernis* feciſſent, minus peccaſſent.

§. 3. *vt dixi:* vbi? quando? verbulum hic optarim additum. *fero oculis* iam ſummam caritatem declarat. *tuos — diſſuau.* Manut. „et hic amor oſtenditur. nam *ſuauiari* i. e. oſculari plus eſt, quam complecti: *oculos* plus, quam malas: *in foro*, plus quam domi, vel in via: *in medio foro*, plus quam in alia fori parte: *diſſuauiari* autem, plus quam ſuauiari: iteratio enim" (vel ardor) „ſuauiorum indicatur."

CICERONIS FILII
EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Hic tametſi in pueritia inter reliquos Cicerones diſcebat et exercebatur, ita vt pater, qui ipſe interdum magiſtri munere fungeretur, de eo bene ſperaret; tamen ab hac liberali delectatione abhorrebat, et mox in omnem laſciuiam et petulantiam diſſolutus gulae et ebrioſitati ſe dabat. In Graeciam cum eſſet a patre miſſus, non ſatis conſtat, an ibi ſe dociliorem praebuerit. Pater quidem ipſe Att. XIV. 7. *a Cicerone*, inquit, *mihi litterae ſane* πεπινωμέναι *et bene longae: cetera autem* (de modeſtia eius et frugi vita) *vel fingi poſſunt:* πῖνος *litterarum ſignificat doctiorem.* Vtcunque eſt, doctrinam eius aut facundiam nemo alius, quod ſciam, laudat. Seneca contra, qui de eo Suaſor. VII. narrat, inter alia haec affert: *nihil ex paterno ingenio habuit, praeter vrbanitatem:* (vt iocum amaret et dicteria iaceret;) *et natura memoriam demſerat*, *et ebrietas*, (nam ebrium tum fuiſſe, vt ſaepe, Seneca narrat;) *ſi quid ex ea ſupererat, ſubducebat.* E recentioribus audiamus Manutium, cuius ad ep. I. §. 4. haec ſunt: *ſucceſſa pro ſucceſſiſſe*: *quod Latini ſermonis conſuetudo ferre vix videtur. Omnino mirari ſatis non poſſum, non modo ab elegantia et copia, ſed interdum etiam a proprietate paterni ſermonis longe diſtare orationem filii: quod voluntatis potius, quam naturae vitium eſſe arbitror.* In hoc de voluntatis vitio ſine dubitatione aſſentior: in reliquis paullo mitius vel ob eam cauſſam ſtatuendum cenſeo, quod ex duabus tantum epiſtolis iudicium fieri debet, quae etſi nullo plane ſtudio compoſitae, ita malae tamen non ſunt, quin, ſi docti hominis nomen praeferrent, aliqua excuſatione nobis commendarentur.

CICE-

CICERONIS FILII EPIST. I.

(ad diu. XVI. 21.)

De litteris patris et Tironis laetatum se esse ostendit: suum et virtutis et litterarum studium significat, nominatque eos, quorum vel institutione vel consuetudine vtatur: de praedio Tironi emto gratulatur non sine ioco.

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISS. S.

Cum vehementer tabellarios exspectarem quotidie, aliquando venerunt post diem VI et XL, quam a vobis discesserant: quorum mihi fuit aduentus optatissimus. Nam cum maximam cepissem laetitiam ex humanissimi et carissimi patris epistola: tum vero iucundissimae tuae litterae cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque me iam non 2
poenitebat, intercapedinem scribendi fecisse: sed potius laetabar. fructum enim magnum humanitatis tuae capiebam ex silentio mearum litterarum. Vehementer igitur gaudeo, te meam sine dubitatione accepisse excusationem. Gra-

§. 2. *fructum — litterarum:* magnopere delectabar, quod tam humaniter silentium meum excusaras. (Scripserat fortasse Tiro, eum magno litterarum studio impediri.)

§. 4.

Praeter ordinem in rebus summis et perspicuitatem non multum habet haec epistola, quo probari possit. Ad quaerendam quandam e locis communibus commendationem, vel in singulis sententiis gratiam et venustatem, multum dabatur loci. Et quid impediebat, quo minus in scripto sat longo vna saltem iusta periodo vel numerosa verborum collocatione appareret adolescentis studiosa cura?

3 Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur,
non dubito, mi dulcissime Tiro: praestaboque et enitar,
vt indies magis magisque haec nascens de me duplicetur
opinio. Quare, quod polliceris, te buccinatorem fore
existimationis meae, firmo id constantique animo facias
licet. Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attule-
runt errata aetatis meae, vt non solum animus a factis, sed
4 aures quoque a commemoratione abhorreant. Cuius te
sollicitudinis et doloris participem fuisse, notum explora-
tumque est mihi: nec id mirum. Nam cum omnia mea
caussa velles mihi successa; tum etiam tua. socium enim te
meorum commodorum semper esse volui. Quod igitur tum
ex me doluisti, nunc, vt duplicetur tuum ex me gaudi-
5 um, praestabo. Cratippo me, scito, non vt discipulum,
sed vt filium, esse coniunctissimum. nam cum audio illum
libenter, tum etiam propriam eius suauitatem vehemen-
ter amplector. Sum totos dies cum eo, noctisque saepe-
numero partem. exoro enim, vt mecum quam saepissime
coenet. Hac introducta consuetudine, saepe inscientibus
nobis

§. 4. * *cuius te — est mihi* in parenthesi ponenda arbitror, vt verba *nec id mirum* referantur ad antecedentia §pho 3 extr. et pro *velles* rescribendum *vellem*. Alias nullus est nexus. Hac mutatione facta illud vnum offendit, quod fere propter vnum Tironem ad meliorem frugem auctor redire statuit. Sed hoc ferendum in tali aetate et ingenio.

§. 6.

§. 3. *praestaboque et en.* imo *pr. que, aut enitar saltem.* certe prius *eniti* debet quam *praestare* possit, vt haec praepostere collocata sint. *magis magisque dupl.* Quia *duplicari* dicitur, quod augetur quantocunque incremento, (vid. praeter lexicogrr. Verheyk ad Eutrop. p. 16) per se τὸ *mag. magisque* non reprehendo: hic tamen melius abesset.

nobis et coenantibus obrepit, ſublataque ſeueritate philoſophiae, humaniſſime nobiſcum iocatur. Quare da ope- 6
ram, vt hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum videas quam primum. Nam quid ego de Bruto dicam? quem nullo tempore a me patior diſcedere: cuius cum frugi ſeueraque eſt vita, tum etiam iucundiſſima conuictio. non eſt enim ſeiunctus iocus a philologia et quotidiana συζητήσει. Huic ego locum in proximo conduxi, 7
et, vt poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem. Praeterea declamitare Graece apud Caſſium inſtitui: Latine autem

§. 6. * *Bruttio:* imo cum aliis legendum *Bruto*, intelligendusque Marcus ille, cuius epp. ſupra. Finxerunt *Bruttii* nomen iisdem, vt opinor, cauſſis ducti, quibus Manutius defendit: *a*) non abundabant otio Brutus et Caſſius: *b*) non ita loqueretur adoleſcentulus de praetore, claro viro, vt legimus h. l. *c*) propinqui, amici, maximeque Atticus, Bruto ſubminiſtrabant, vt abſurdum eſſet, quod dr. §. 7. init. Sed his opponere liceat: 1) callide et inſidioſe agebat Brutus, vt videri vellet omnia alia potius, quam bellum, moliri: 2) ex Plutarcho in vita Bruti conſtat, et aliunde, Brutum cum Caſſio miſerrimi exulis conditione profectum, non minus pecunia, quam aliis rebus omnibus deſtitutum. Stulte autem egiſſet, ſi ſubſidia pecuniae clam a ſuis confecta ad vitae ſplendorem adhibere voluiſſet; prudenter contra, ſi maximam egeſtatem ſimulauit: 3) non debet mirum videri, ſi adoleſcentulus neque ingenioſus neque modeſtus, cum talem virum ſubleuat, *eum nullo tempore a ſe diſcedere patitur:* 4) Si vllus fuiſſet Bruttius, homo frugi, ſeuerae vitae, iucundus in conuictu, ita doctus, vt eo magiſtro eloquentiae vti poſſet Cicero, de quo, vt de homine notiſſimo ſcribere poſſet, ſane de eo aliquid apud Ciceronem et alios legeremus: 5) Cum Brutus eo tempore Athenis eſſe *poſſet*, valde mirum, Ciceronem fil. vrbanum ſaltem hominem, cum de Bruttio Bruti ſimillimo diceret, ambiguitate nominis non vſum eſſe, vt aliquod dicterium afferret.

§. 7. *ap. Caſſium* praetorem, cuius epp. ſupra. Nam in Graeca vrbe educatus et Graeco praeceptore vſus facile Graecam linguam addiſcere

8 autem apud Brutum exerceri volo. Vtor familiaribus et
quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cratip-
pus adduxit, hominibus et doctis et illi probatissimis.
Multum etiam mecum est Epicrates, princeps Athenien-
9 sium, et Leonides, et horum ceteri similes. Τὰ μὲν οὖν
καθ' ἡμᾶς τάδε. De Gorgia autem quod mihi scribis,
erat quidem ille in quotidiana declamatione vtilis: sed
omnia postposui, dummodo praeceptis patris parerem.
διαῤῥήδην enim scripserat, vt eum dimitterem statim. ter-
giuersari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei ali-
quam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat,
graue esse, me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen
10 studium et consilium gratum acceptumque est mihi. Excu-
sationem angustiarum tui temporis accipio. scio enim,
quam soleas esse occupatus. Emisse te praedium vehemen-
ter gaudeo: feliciterque tibi rem istam euenire cupio.
Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari. eodem
enim

discere potuit, vt ea commode vteretur, et Graece declamantem corrigeret. Indicat etiam eius ep. I. eum illa lingua delectatum fuisse. Adde, quae modo de Bruto diximus.

§. 9. *Gorgia*, rhetore non malo, sed vitae dissolutae, quo fortasse potandi magistro magis, quam dicendi, vti coeperat. *tuum* — *consil.* cum mihi dixisti, quomodo efficere possem, vt eum pater mecum diutius versari pateretur.

§. 10. *hoc loco*, in fine fere epistolae, cum hoc primum esse debuerit.

§. 11.

§. 10. *Hoc loco me* etc. Haec satis lepidam reprehensionem continent, si quidem tanti fuit illud praedium, vt de illo in epistolae principio dicendum esset. Citius tamen hic peccauerit respondens Cicero, quam Tiro.

enim fere loco, tu quoque, emiſſe te, feciſti me certiorem. Habes. deponendae tibi ſunt vrbanitates. 11 ruſticus Romanus factus es, quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundiſſimum conſpectum propono. videor enim videre ementem te ruſticas res, cum villico loquentem in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Sed, quod ad rem pertinet, me tum tibi defuiſſe, 12
aeque ac tu, doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te ſubleuaturus ſim, ſi modo fortuna me; praeſertim cum ſciam, communem nobis emtum eſſe iſtum fundum. De man- 13
datis quod tibi curae fuit, eſt mihi gratum. Sed peto a te, vt quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus. multum mihi enim eripitur operae in exſcribendis hypomnematis. Tu velim inprimis cures, vt valeas, vt vna συμφιλολογεῖν poſſimus. Anterum tibi commendo. Vale.

CICE-

§. 11. *Habes* ſc. in bonis. * Magd. plane hic textum noſtrum tuetur; etiam Gorl. qui tantum *ſunt* ponit ante *tibi*. *vrbanitates* elegantiorum hominum conſuetudines, a quibus diſceſſiſti, cum in fine fere epiſtolae me certiorem f. etc. * *quomodo ego* etc. Ante haec verba interpungunt, et ab his interrogationem incipere ſtatuunt: quae interrogatio nimis incepta eſt, quocunque modo accipias. Iunxi ergo cum prioribus ſine interrogatione. *ſemina* pomorum cf. anal.

§. 13. *συμφιλ.* de litteris inter nos diſputare.

§. 11. *cum v. loq.* hoc nimis inane. Sed puto poſt *loquentem* inciſum non ponendum, vt Tiro loqui dicatur cum villico, dum teneat in lac. etc. Fit hoc propter longitudinem ſententiae durum: ſed ab hoc certe aures auctoris non abhorruerunt. *in lac.* — *ſemina*: facete pingitur ſordidior diligentia patrisfamilias.

CICERONIS FILII EPIST. II.

(ad diu. XVI. 25.)

Litteras a Tirone quam creberrimas requirit.

CICERO FIL. TIRONI S. P. D.

Etſi iuſta et idonea vſus es excuſatione de intermiſſione litterarum tuarum, tamen id ne ſaepius facias, rogo.
2 Nam etſi de republica rumoribus et nunciis certior fio, et de ſua in me voluntate ſemper ad me perſcribit pater: tamen de quauis minima re ſcripta a te ad me epiſtola
3 ſemper fuit gratiſſima. Quare cum in primis tuas deſiderem litteras, noli committere, vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quam aſſiduitate epiſtolarum.

M. COE-

§. 1. *iuſta et id.* non qua ep. I. §. 10. ſed quae intelligitur ex §. 2. huius ep. ex quo etiam Tironis ſeueram prudentiam perſpicimus, qui in rebus grauiſſimis ponat voluntatem patris Ciceronis erga filium, quam conſeruari debere ſignificauit. Illa autem excuſatio requireret h. l. *tamen — epiſtola vel breuiſſima ſcr.* etc.

§. 2. *epiſtola* Magd. habet *littera.*

§. 1. *vſus es* imo: *vſus eſſe tibi videris;* vel: *etſi nunc quidem accipio excuſ.*

§. 2. *tamen — gratiſſ.* membrum paullo longius, quam oportet; et ingrata illa concurſu vocalium: *ſcripta — ep.*

§. 3. *Quare — litt.* Malim pro hac ſententia, quae epiſtolium nimis ieiunum reddit, commemorari, de quibus Tiro ſcribere poſſit.

M. COELII EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

M. Coelium Rufum inter optimos aetatis suae oratores locum obtinuisse, consentiens antiquitas docet, vt ea de re dubitatio nulla esse possit. Quicunque de praua eius mente, et vitiis, in quae multa dissolutus fuit, loquuntur, in hanc tamen partem de illa laude nihil detrahunt. Grauissimum quidem illud obiici potest, quod auctor dial. de or. c. 21. dicit: „Ex Coelii orationibus haec placent — in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. sordes autem verborum, et hians compositio, et inconditi sensus redolent antiquitatem: nec quemquam adeo antiquarium puto, vt Coelium ex ea parte laudet, qua antiquus est." Sed auctor aetati suae cupidius fauebat: et, quia tum quaedam verba, numeri, sententiae, et harum *formae et modi* (*tours*, *Wendungen*,) placere desierant, iam optimi oratores fastidiebantur. Ser. Galbam et C. Carbonem aliosque antiquiores c. 18. dicit esse horridos, et impolitos, et rudes, et informes: additque: *quos vtinam imitatus non esset Caluus vester, aut Coelius, aut ipse Cicero.* Videmus ergo, nihil istic obiici Coelio, quod non item in Cicerone, (non apparet, quam valde,) vituperetur. Quam ei Quintilianus L. X. c. 2. tribuit *asperitatem*, ea non ad vituperationem sed ad laudem valet, quippe quae non ad verba, eorumque structuram, pertineat, sed ad vehementiam et vim singularem accusationis, in qua Coelius plus, quam in defensione, valuit.

L Sed

Sed proh dolor! hiccine eſt ille Coelius, cuius nobis relictae ſunt epiſtolae? an huius eſſe in foro potuit, quod Cicero Brut. c. 79. teſtatur, *ſplendida et grandis, et eadem inprimis faceta et perurbana oratio;* cum in epiſtolis reperiatur paſſim tam parum Latina, tam obſcura, exſanguis, pueriliter conciſa, nec raro infaceta? Is ipſe eſt Coelius; ſed librariorum antiquiſſimorum perfida incuria foede tractatus, et miſere dilaceratus, vt harum epiſtolarum nulla, praeter XVImam, quae inter epiſtolas ad Atticum et alterum tutiorem locum nacta eſt, ita integra videatur, vt iuſtum iis pretium commode ſtatui poſſit. Quamobrem Voſſius non videtur ſuum ex his epp. iudicium proferre, ſed antiquorum ſcriptorum fide ſtatuere, cum in praef. ad libros *de vitiis ſermonis* Coelium, adiungere non dubitat Ciceroni, Caeſari aliisque ſcriptoribus primae caueae, qui vigorem ac maturitatem in Latina dictione ſint conſecuti. Dixi equidem, quid mihi de his reliquiis, quales habemus, videretur. Quodſi, detracta illa falſa vituperatione, de vera eius laude in epiſtolis ſcribendis coniiciendum eſt, putamus eum in reliquis Ciceroni fuiſſe fere parem, ſed in verbis, non inſcitia, verum ſtudio, minus proprium et ſimplicem, adſtrictiorem porro cum aliqua obſcuritatis ſpecie, in facetiis denique conſectandis nimium, ideoque non ſemper felicem. Sed in analyſi id negotii nobis datum putauimus, vt, quomodo in reliquis, ſeuerius ageremus, et grauiora ſaltem vitia notaremus, nihil conſiderantes, vtrum illa ab auctore profecta, an e librariorum negligentia nata eſſent.

M. COE-

*) De cauſſis vitiorum, quibus coniecimus hae epiſtolae ſcatent, vid. quae in praef. ad hunc librum.

M. COELII EPIST. I.

(ad diu. VIII. 1.)

Commentarium mittit rerum vrbanarum copiosissimum, et magnitudine voluminis se excusat, quod alteri illius colligendi negotium dederit. Maiora seipsum diligenter perscripturum ostendit. Hinc addit de comitiis Transpadanorum, de Marcello, Caesare, Q. Pompeio, Planco.

COELIVS CICERONI SAL.

Quod tibi decedens pollicitus sum, me omnes res vrbanas diligentissime tibi perscripturum: data opera paraui, qui sic omnia persequeretur, vt verear, ne tibi nimium arguta haec sedulitas videatur; tametsi tu, scio, quam sis curiosus, et quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc 2
officium arrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri

§. 1. ** tametsi tu, sc.* Haec per minorem distinctionem iunxi cum antecedd. Quia §. 2. sequitur *tamen*, male et contra sententiarum inter se relationem distinxerunt. Idem factum in Sulpicii ep. I. init.

§. 2. *tuae m. d. operam:* bene Manut. „ea tractare, quae tui me obliuisci non sinant."

§. 4.

Epistola Ciceroni certe perspicua, omninoque, vt ad familiarem, eleganter scripta.

§. 2. *arrog. condemnes.* non ausim hoc reprehendere. *officium* est in eo, quod Ciceroni res vrbanas perscribi voluit: *arrogantia* in eo, quod per alios, non ipse, hunc commentarium confecit. Particulis *non quin* pro *non feci quin*,

quin,

teri delegaui; non quin mihi ſuauiſſimum ſit, et occu-
pato, et ad litteras ſcribendas, vt tu noſti, pigerrimo,
tuae memoriae dare operam: ſed ipſum volumen, quod
3 tibi miſi, facile, vt ego arbitror, me excuſat. Neſcio
quoius otii eſſet, non modo perſcribere haec, ſed omnino
animaduertere. Omnia enim ſunt ibi ſenatus conſulta,
edicta, fabulae, rumores: quod exemplum ſi forte mi-
nus te delectarit; ne moleſtiam tibi cum impenſa mea
4 exhibeam, fac me certiorem. Si quid in republica ma-
ius actum erit, quod iſti operarii minus commode perſe-
qui poſſint: et quemadmodum actum ſit, et quae exiſti-
matio ſecuta, quaeque de eo ſpes eſt, diligenter tibi per-
5 ſcribemus. Vt nunc eſt, nulla magnopere exſpectatio eſt.
Nam et illi rumores de comitiis Transpadanorum Cu-
marum tenus caluerunt: Romam cum veniſſem, ne te-
6 nuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi. Praeter-
ea Marcellus, quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione
pro-

§. 4. * *quaeque:* aut ponendum *quaecunque* (vt ſuam ſpem Coelius a communi exiſtimatione diſtinguat) aut totum hoc: *quaeque — eſt,* vt inepti Grammatici, eiiciendum. Hoc mihi magis placet, quia nec alias Coelius aliorum exſpectationem a ſua diſtinguit. vid. II. 6. IV. 6. V. 6. X. 8.

§. 5. *de c. Transp.* quibus comitiis iuſſi eſſent quatuoruiros creare. Nempe hoc eo valebat, vt acciperent ius municipii, eoque ipſo ciuitatem Romanam. cf. Att. V. 2.

§. 6.

quin, ſequente *ſed*, liberior fit ſententiarum conuinctio, quae ſermoni epiſtolico bene conuenit. Egregie autem declaratur gratificandi voluntas, cum et *occupatus*, et *piger* non *ſe ſibi imperare* dicit, ſed *ſuauiſſimum* ſentire, quod amicus fieri vult. eximia etiam breuitas ineſt.

§. 5. *ne tenuiſſ. — acc.* durum et horridum hoc iudicat Manutius. Sed *auditio* eſt nuntius, rumor: vt Cic. pro Planco c. 23. vnde non debet durum videri.

prouinciarum Galliarum; et in Kalendas Iun. vt mihi
ipſe dixit, eam diſtulit relationem: ſane quam eos ſermo-
nes expreſſit, qui de eo tum fuerunt, cum Romae nos eſſe-
mus. Tu ſi Pompeium, vt volebas, offendiſti: qui tibi 7
viſus ſit, et quam orationem habuerit tecum, quamque
oſtenderit voluntatem, (ſolet enim aliud ſentire et loqui;
neque tantum valere ingenio, vt non appareat, quid cu-
piat:) fac mihi perſcribas. Quod ad Caeſarem, crebri 8
et non belli de eo rumores: ſed ſuſurratores duntaxat ve-
niunt. alius equitem perdidiſſe, quod, opinor, certe
factum eſt: alius ſeptimam legionem vapulaſſe; ipſum
apud Bellouacos circumſederi, interclufum ab reliquo ex-
ercitu. neque adhuc certi quidquam eſt, neque haec in-
certa tamen vulgo iactantur; ſed inter paucos, quos tu
noſti, palam ſecreto narrantur: at Domitius, cum ma-
nus ad os appoſuit. Te a. d. IX. Kal. Iunii ſubroſtrani, 9
(quod illorum capiti ſit!) diſſiparant.periiſſe: vt de vrbe
ac

§. 6. *eos ſ. expr.* plane ita egit, vt homines dicebant, eum facturum.

§. 8. *equitem perd.* ludit auctor verbi ambiguitate, et vnum equitem dicit, non totum equitatum. *at Dom. — appoſuit*, declarans ea, quae dicat, non diuulganda eſſe. Abruptus eſt ſermo', et intelligendum: *non dubitat talia narrare vbique.*

§. 9. * *vt de vrbe — fuit.* Haec eſt omnium fere mss. lectio, quae, opinor, ferri poteſt. *Periiſſe* ſic pertinet ad alium rumorem, quo diceretur v. g. in mari periiſſe naufragio vel tempeſtate. *a Q. Pomp.* Syllae dictatoris ex filia nepote, Ciceronis inimiciſſimo. * Sed omnes fere codd. etiam Gorl. et Magd. habent: *atque Pompeio;* Aſcenſius: *atque Pompeium*, quae lectio ſequentibus valde apta eſt. Poſſis

§. 7. *valere:* melius videtur *valet.*

§. 8. *palam ſecr.* facetum hoc per ſpeciem repugnantiae. Ern.

ac foro toto maximus rumor fuit, a Q. Pompeio in itinere occisum. Ego, qui scirem, Q. Pompeium Baulis embaeneticam facere, et vsque eo, vt ego misererer eius esurici, non sum commotus: et hoc mendacio, si qua
10 pericula tibi impenderent, vt defungeremur, optaui. Plancus quidem tuus Rauennae est: et magno congiario donatus a Caesare, nec beatus, nec bene instructus est. Tui politici libri omnibus vigent.

M. COE-

Possis inde recte coniicere: *a te Q. P.* *Baulis*, loco Campaniae. • *embaeneticam*: e codicibus hic nulla probabilis lectio eruitur. Vera ars intelligi vix potest. Infinitis aliorum coniecturis hanc addo: *embineticam*, a βινέω, i. e. concumbendi artem, vt Q. Pomp. corpore quaestum facere dicatur. Libenter Coelius talia confert in alios: cf. ep. VII. §. 4. XII. §. 4. XIV. §. 8. *vt misererer*, vere et serio. Valer. Max. IV. 2. fin.

§. 10. *Plancus*, frater eius Planci, cuius epp. infra. *quidem*, saltem: qua particula affirmat Coelius, hunc saltem Ciceronis inimicum viuere. *tuus:* ironice. vid. ad diu. VII. 2. *politici l.* sex de republica. *vigent:* studiose leguntur.

§. 9. *vt ego misererer* h. e. qui, vt inimicissimus, non facile moueri deberet: breuiter et argute per hanc emphasin.

M. COELII EPIST. II.

(ad diu. VIII. 2.)

Nuntiat de abſoluto Meſſala, eiusque defenſore Hortenſio, quem populus male acceperit. Addit pauca de rep. Suos in aedilitate competitores indicat, et quaedam ad ludos ſuos pertinentia commendat.

COELIVS CICERONI S.

Certe, inquam, abſolutus eſt; me repraeſentante pronuntiatum eſt, et quidem omnibus ordinibus, ſed et ſingulis in vnoquoque ſententiis. Vide modo; inquis. 2
Non, mehercules. nihil enim vmquam tam praeter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. quin ego, cum pro amicitia validiſſime fauerem ei, et me

§. 1. *abſol. eſt* Valerius Meſſala, quem intelligimus ex ep. IV. * *repraeſentante.* Magd. *repreſentare:* alii aliter. Explicant per *praeſente*, vel *vrgente.* Hoc conuenientius eſt: nec tamen ſatisfacit. *omnibus ordd.* iudicibus omnium ordinum, e lege Aurelia. * *ſed et*: pro alterutra particula vtramque cum editis nonnullis poſui. Valent fere *atque adeo.*

§. 2. *Vide modo* ſc. ne quid mentiaris. Sic et alibi minantis verba ſunt. *enim* non eſt cauſſale, verum ſign. vel *ſed* vel *nimirum.* *captus*, deceptus; vt terror tamen ex inſidiis oppreſſi ſimul exprimatur. Sic Gallice, paullo lenius tamen: *attrapé* pro *ſurpris.*

§. 3.

§. 1. *Certe — abſ. eſt.* Familiariter, et amice, cum ſpecie indignationis, quae verbo *inq.* exprimitur; quod Cicero negarat, hominem abſolui poſſe. Quae altercationis imitatio ab alacri ingenio profecta non diſplicet.

§. 2. *Vide — meherc.* Haec mihi non placent. Non video, quid ſalis inſit in perpetua imitatione colloquii vulgaris. Saltem bene contexta oratio tantundem ſalis, et plus vrbanitatis ſuauitatisque habet. *quin ego* etc. lepida ironia.

me iam ad dolendum praeparassem: postquam factum est,
3 obstupui, et mihi visus sum captus esse. Quid alios putas?
clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, et ostenderunt, plane esse, quod ferri non posset. Itaque relictus,
4 lege Licinia maiore esse periculo videtur. Accessit huc,
quod postridie eius absolutionem in theatrum Curionis
Hortensius introiit, puto, vt suum gaudium gauderemus.
Hic tibi *strepitus*, *fremitus*, *clamor tonitruum et rudentum*
5 *sibilus*. Hoc magis animaduersum est, quod intactus a
sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem. *Sed tum ita*,
[*bene*] *vt in totam vitam quoiuis satis esset*, et poeniteret,
6 eum iam vicisse. De republica quod tibi scribam, nihil
habeo. Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed vt
mihi videbatur, consilio. De comitiis consularibus incer-
7 tissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, et nobilem agentem. Nam M. Octauius Cn. filius et
C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo scripsi, quod scio, te
acriter, propter Hirrum, nuntium nostrorum comitio-
8 rum exspectaturum. Tu tamen simul ac me designatum
au-

§. 3. *relictus*, saluus, non multatus. *lege Lic.* qua seueriores iudices futuri videntur.

§. 4. *strep.—sibilus* est versus antiqui poëtae, quo proprie exprimitur tempestas marina: vnde *rudentum* est *funium nauticorum*.

§. 5. * *bene* hanc solam ob caussam suspectum mihi videtur, quod, hoc verbo omisso, rudior fit hexameter, quem rursus ex antiquo poëta opinor afferri.

§. 6. *impetus* in Caesarem.

§. 7. *nob. agentem:* nobilior enim vult Hirrus videri, quam est.

§. 7. *acriter:* melius videtur *auide*.

§. 8. *simul ac — aud.* laudabili breuitate et argute declarat, se repulsam non timere. nam non dicit *si*, sed *simul ac*.

audieris, vt tibi curae fit, quod ad pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sittianam tibi commendo. Commentarium rerum vrbanarum primum dedi L. Caſtrinio Paeto: ſecundum ei, qui has litteras tibi dedit.

M. COELII EPIST. III.

(ad diu. VIII. 3.)

Suam in ſcribendo aſſiduitatem aſſerit, ad quod officium ſe Ciceronis deſiderio oſtendit excitari. Rurſus de Hirri competitoris ineptiis: inde de Philotimi in bonis Milonianis officio. Tandem ſuam cum Cic. amicitiam aliquo illius libro poſteris prodi cupit.

COELIVS CICERONI S.

Eſtne? vici? et tibi ſaepe, quod negaras diſcedens curaturum tibi, litteras mitto? Eſt; ſi quidem perferuntur, quas do. Atque hoc eo diligentius factito, quod, cum otioſus ſum, plane, vbi delectem otiolum meum, non habeo. Tu cum Romae eras, hoc mihi certum ac 2
iucundiſſimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus

§. 2. *certum* v. anal. * *non eſſe te.* Valde mihi ſuſpectum τὸ *te*, quo ſeruato ſenſus eſt, alium iam eſſe, ad quem Coelius curſitet (in *ſolitudine* Romae facta.) Et cur non *adeſſe* pro *eſſe*? Manifeſta, meo ſenſu, gloſſa eſt.

§. 3.

Initium rurſus ab amica contentione profectum non ſatis placet. Non nego aliquid leporis ineſſe: tamen non amicitiam iſta prodere videntur, ſed ſermonem eſſe credas, de re prorſus ab amici officio aliena, vt non beneuolentia ſed pertinacia, qui ſic loquitur, obtinuiſſe ſe gaudeat. Nec numeroſe cadunt verba.

§. 2. Praeclare magnitudo deſiderii exprimitur his: *ſed R.* — *facta.*

pus confumere: idque non mediocriter defidero; vt non modo mihi folus effe, fed Romae, te profecto, folitudo videatur facta: et qui, (quae mea negligentia eft,) multos faepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie non effe [te], ad quem curfitem, difcrucior.
3 Maxime vero, vt te dies noctesque quaeram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere, et diffimulare, me certiorem, quam fe, candidatum? de quo, vt, quem optas, quam primum nuntium accipias, tua medius fidius magis, quam mea
4 cauffa, cupio. Nam mea, fi fio, forfitan cum locupletiore referam. fed hoc vsque eo fuaue eft! quod fi acciderit, tota vita rifus nobis deeffe non poterit. Sed tanti?

§. 3. *curat*, facit; etfi id non agit. *certiorem*, qui maiorem aedilitatis fpem habeat. *nuntium* de repulfa Hirri.

§. 4. *nam mea* fc. caufa, f. quod me attinet. * *fi fio — referam.* en tibi duas coniecturas in loco impeditiffimo 1) cum in Dresd. I. IV. et Torg. legatur *fiphio* pro *fi fio;* cumque in his epp. plura vitia e compendio fcribendi nata fint; an forte legendum *Seriphio* i. e. ignobili, vt Coelius alluferit ad illud, quod narratur Cic. Sen. 3. hoc fenfu, fi *re* tollitur in *referam: facile patiar, me nobiliorem cum Hirro ignobili, fed diuitiori, aedilem fieri.* 2) Seruatis verbis *fi fio* poffis extremum verbum dirimere in *re feram*, h. f. *fi aed. fio, cum plus pecuniae* (e fyngrapha fc.) *habebo, forfitan eum* (quamquam moleftum hominem) *feram:* Prior coniectura, vt audacior, non fatis, fed tamen magis placet. *Sed tanti?* fc. res eft, vt nobis —? *fed*

facta. Verba *et qui — difcrucior* cum non contineant fententiam vniverfalem, vt Plaut. Capt. I, 2. 38 f. eo magis fidem faciunt, quod a re et perfona videntur profecta. Repugnant tamen quodammodo. Quomodo enim *certum* i. e. conftitutum, fixum, vfitatum, idemque *iucundiffimum* effe poteft, quod *negligentia* multos dies faepe omittitur?

§. 4. Concifa et obfcura breuitas huius loci multum falebrarum habet, quae faltem ex parte Coelio videtur imputanda.

tanti? ſed mehercule. non multum M. Octauius eorum
odia, quae Hirrum premunt, quae permulta ſunt, ſuble-
vat. Quod ad Philotimi liberti officium et bona Milonis 5
attinet: dedimus operam, vt et Philotimus quam honeſtiſ-
ſime Miloni abſenti, eiusque neceſſariis ſatisfaceret, et,
ſecundum eius fidem et ſedulitatem, exiſtimatio tua con-
ſeruaretur. Illud nunc a te peto, ſi eris, vt ſpero, otio- 6
ſus, aliquod ad nos σύνταγμα conſcribas. Qui tibi iſtuc,
inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquid
ex tam multis tuis monumentis exſtare, quod noſtrae ami-
citiae memoriam poſteris quoque prodat. Cuiusmodi ve- 7
lim, puto, quaeris. Tu citius, qui omnem noſti diſci-
plinam, quid maxime conueniat, excogitabis: genere ta-
men, quod ad nos pertineat, et διδασκαλίαν quandam,
vt verſetur inter manus, habeat.

ſed m. eſt tanti: *non m.—ſubleuat* i. e. Etſi Oct. non eſt gratioſus, tamen ea re non multum minuuntur odia, quae Hirr. etc.

§. 5. *bona Milonis* exſulis publicata, quae Philotimus Ciceronis iuſſu emerat ea conditione, vt ea ipſi reſtitueret.

§. 6. *ſi — otioſus.;* ſi pax erit in prouincia tua, nec in aliud bellum implicaberis. * *Aliquid — exſtare:* ante v. *aliquid* puto a librariis omiſſum *opto*, facili errore ob antecedens *inepto*.

§. 7. *qui—diſcipl.* qui omnes artes et litteras tenes.

M. COELII EPIST. IV.

(ad diu. VIII. 4.)

Multiplicis eſt argumenti. Praeter ea, de quibus Cicero iam certior factus fuerat, quae breuiter tanguntur, ſcribit de Curione tribuno, de comitiis, de Pompeii erga Caeſ. voluntate, de ſuis denique rebus, quas Ciceroni commendat.

COELIVS CICERONI S.

Inuideo tibi. tam multa quotidie, quae mirere, iſtoc perferuntur! primum illud, abſolutum Meſſalam: deinde eundem condemnatum: C. Marcellum conſulem factum: M. Claudium a repulſa poſtulatum a Gallis duobus: P.
2 Dolabellam quindecimuirum factum. Hoc tibi non inuideo, caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo, et Lentuli Cruris repulſi vultum non vidiſſe. At qua ſpe, quam certa opinione deſcenderat! quam ipſo diffidente Dolabella! Et hercules, niſi noſtri equites acutius vidiſſent, paene, con-

§. 1. *M. Claudium* poſt repulſam de ambitu accuſatum. * Probabilius legunt *M. Calidium*, et pro *Gallis* item *Galliis* ſc. *M.* et *Q.*

§. 2. *diffidente* ſe quindec. futurum. *concedente adu.* nihil agente Dolabella, quo ſuffragia multorum ſibi colligeret. *noſtri.* nam Cicero et Coelius equeſtri loco nati.

§. 3.

Ipſis argutiis ſalebroſa epiſtola: quae cum tam mixti ſit argumenti, ſat erit ſingula quaedam verba et ſententias diiudicaſſe.

§. 2. *Hoc t. n. inuideo;* nempe non habeo, quod inuideam: nimis arguta litotis. melius eſſet proprium: *ſed doleo*, aut: *hoc tu mihi inuideas licet*, *quod non carui* etc. Similis litotis eſt ep. XIV. §. 1.

concedente aduerſario, ſuperaſſet. Illud te non arbitror 3
miratum, Seruium, deſignatum tribunum plebis, con-
demnatum: cuius locum C. Curio petiit. Sane quam
incutit multis, qui eum facilitatemque eius non norunt,
magnum metum. Sed, vt ſpero et volo, et, vt ſe fert
ipſe, bonos et ſenatum malet. totus, vt nunc eſt, hoc
ſcaturit. Huius voluntatis initium et cauſſa ineſt, quod 4
eum non mediocriter Caeſar, qui ſolet infimorum homi-
num amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere, valde con-
temſit. qua in re mihi videtur illud perquam venuſte ce-
cidiſſe: quod a reliquis quoque vsque eo eſt animaduer-
ſum; vt Curio, qui nihil conſilio facit, ratione et inſidiis
vſus videretur in euitandis iis conſiliis: qui ſe intenderant
aduerſarios in eius tribunatum, Laelios et Antonios, et
id genus valentes dico. Has ego tibi litteras eo maiore 5
miſi interuallo, quod comitiorum dilationes occupatio-
rem me habebant. et exſpectare in dies exitum cogebant,
vt, confectis omnibus, te facerem certiorem. Ad Ka-
lendas Sextiles vsque exſpectaui. Praetoriis morae quae-
dam

§. 3. *totus—ſcaturit:* ſaltem hoc tempore, (incertum an et in poſterum,) omnibus dictis et factis eam ſpem facit.

§. 4. *valde contemſit:* nihil ei pecuniae dedit. *vsque eo* abſolute; nam τὸ *vt* ad antecedentia referendum. Sic ep. antec. §. 4. Eſt autem *vehementer*, vel *plane*, *prorſus*. *dico* intelligi volo.

§. 6.

§. 3. *ſcaturit* appoſite ad animum Curionis cupiditatibus redundantem et turbulentum.

§. 4. Pro *qua in re illud* vna vocula, opinor, dici potuit *quod*.

Nexus ſententiarum non ſatis patet. eſt, opinor, hic: *Caeſar Curionem ita contemſit, eumque hac re ita offendit, vt, qui nihil conſ.* etc. haec ſane obſcura laborant breuitate.

6 dam inciderunt. Mea porro comitia quem euentum ſint
habitura, neſcio. opinionem quidem, quod ad Hirrum
attinet, incredibilem, aedilium plebis comitiis, nacta
ſunt. Nam M. Coelium Vinicianum mentio illa fatua,
quam deriſeramus olim, et promulgatio de dictatore, ſubi-
to deiecit, et deiectum magno clamore inſecuta eſt. In-
de Hirrum cuncti an non faciendum? flagitare. Spero,
te celeriter, et de nobis, quod ſperaſti, et de illo, quod
7 vix ſperare auſus es, auditurum. De republica iam noui
quidquam exſpectare deſieramus. Sed cum ſenatus habi-
tus eſſet (in) aede Apollinis a. d. XI. Kalend. Sext. et re-
ferretur de ſtipendio Cn. Pompeii: mentio facta eſt de le-
gione ea, quam expenſam tulit C. Caeſari Pompeius, quo
nume-

§. 6. ***opinionem — attinet;*** recte Ern. „Hirrum fore aedilem curulem.“ *dictatore* Pompeio dicendo. *deiecit* ei omnem ſpem ademit. *Inde — flag.* Inde quam plurimi inter ſe conſultantes quaeritabant, an non Hirrus Caeſari addictus aedilis faciendus eſſet? Hirrum autem illo tempore Caeſari fauiſſe, ex eo patet, quod poſt repulſam narratur contra eum ſententias dixiſſe ep. IX. §. 2. *quod ſperaſti* (bella ironia) quod timuiſti. nam non credebat Cicero, Coelium fore aedilem: cf. ep. IX. init. *quod vix ſp. a. es* quod valde optaſti, ſc. eum fore aedilem; ſed iterum ironice et argute. quia nempe illud ominatus es, quaſi magnum bonum illud viſus es valde optare. Sic verba bene cohaerent, et ſententias continent plane Coelianas.

§. 7. ***habitus eſſet:*** vocatus eſſet. v. Caſſii ep. III. §. 3. * *(in) aede.* Alii legunt *ad Apoll.* Sed noſtram lectionem protulit Cl. Benedict. ex Dresd. I. et II. vbi reperitur *aede.* Gorl. confirmat, qui pro *ad* habet *edem.* B. de ſuo addidit *in.* *quo numero:* non ad numerum militum refer, ſed legionum. Caeſ. B. G. VIII. 54. *Pomp. legionem — tanquam ex ſuo numero dedit.* cf. D. Brut. ep. IV. §. 10.

§. 8.

numero eſſet, quo appeteretur. Cum ex Gallia coactus 8
eſſet dicere Pompeius, ſe legionem abducturum, ſed non
ſtatim ſub mentionem et conuicium obtrectatorum: inde
interrogatus de ſucceſſione C. Caeſaris: de qua, hoc eſt,
de prouinciis, placitum eſt, vt quam primum ad vrbem
reuerteretur Cn. Pompeius, vt coram eo de ſucceſſione
prouinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum 9
Pompeius erat iturus: et ſtatim iit. Puto Idibus [Sextil.]
S. C. ea de re factum iri. profecto aut tranſigeretur aliquid, aut turpiter intercederetur. Nam in diſputando
coniecit illam vocem Cn. Pompeius, *omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe*. Ego tamen ſic nihil exſpecto,
quomodo Paullum, conſulem deſignatum, primum ſententiam dicentem. Saepius te admoneo de ſyngrapha Sit- 10
tiana. cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde
pertinere. Item de pantheris, vt Cibyratas arceſſas, cures-

que,

§. 8. * *interrogatus:* forte legendum *interrogatur.* *hoc eſt de pr.* innuit hac adiectione auctor vel hoc, ad Caeſarem vnice hanc rem reſpicere, ſed caute dici *de prouinciis;* vel hoc, de aliis tantum prouinciis, de Caeſaris nihil actum iri.

§. 9. * *Sext. S. C. —f. iri.* Quia omnes codd. agnoſcunt *factum* pro Ern. *actum*, ſuſpicabar, *Sext.* ortum ex S. C. Gauiſus inde ſum, hanc coniecturam Aſcenſii codice confirmari. Eius in comment. haec ſunt: *Puto S. C. id eſt ſenatus con. factum iri. i. faciendum eſſe de ea re. Idibus Sext. id eſt Aug.* Et ſane, quid opus erat rurſus *Sextil.* addi, cum §. 5. iam indicatus eſſet menſis. * *profecto aut* etc. ante haec verba opinor ſententiam deſiderari: *ſi Pomp. adeſſet.* Huius reditum non videbatur ſenatus exſpectaturus. Aliter τὸ *tranſig.* et *intercederetur*, quae genuina puto, non poſſum explicare.

§. 10.

11 que, vt mihi vehantur. Praeterea nuntiatum nobis, et pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Kalend. Sextil.

M. COE-

§. 10. *vehantur* sc. pantherae. cf. anal.

§. 11. *quid m. su.* eius creditori. Sic omnes interpretes. Sed fortasse alio quocunque nomine inde aliquid pecuniae conficere cogitabat, qua-tum ad ludos egebat. Cf. ep. IX. §. 8. vbi etiam turpi arte hanc in rem velle vti videtur.

§. 10. *vehantur*. durum est, statim post Cibyratas de alio subiecto, pantheris, cogitare, vnde Graeuius *venentur* finxit. Sed Coelii, non scribarum vitium videtur. Similis locus est ep. VIII. §. 8.

M. COELII EPIST. V.

(ad diu. VIII. 5.)

Metuere se Ciceroni significat ex Parthici belli fama ob paucitatem copiarum eius, cuius rei nemo rationem habeat; quo accedat, quod non facile successorem habiturus sit, quia frustra de successione prouinciarum agatur.

COELIVS CICERONI S.

Qua tu cura sis, quod ad pacem prouinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoc more moderari 2
possemus, vt, pro viribus copiarum tuarum, belli quoque exsisteret magnitudo, et, quantum gloriae triumphoque opus esset, assequeremur, periculosamque et grauem illam dimicationem euitaremus: nihil tam esset optan-

§. 2. * *hoc more.* Expressi plurimorum et optimorum codicum scripturam. Sed vnice veram lectionem coniicio esse *modo rem.* Scriptum nempe fuit antiquitus *mo re*, quod in vnum verbum coaluit.

§. 3.

Amice, prudenterque scripta et scite,(si plane integram haberemus,) composita epistola. Consilium scriptoris, ex quo omnia opera diiudicantur optime, ex §. 4. est clarum. Scribere volebat ea, ex quibus Cicero maturius constituere posset de prouincia. v. expl. In quo illud quis vituperet, quod non disertius *Ciceroni* suasit, quid ei agendum esset. Fecit id alias, vt ex II. 13. ad diu. patet, vbi Cic. ad simillimam ceteroquin epistolam respondet.

§. 2. Valde lepidum est, quod h. l. optatur repugnans paene, et quo certe *gloriae* cupido et *timiditas* Ciceronis tangitur, qui, remotus a periculo, sine rebus gestis rerum gestarum gloriam et insignia gloriae mereri vellet.

3 tandum. Nunc ſi Parthus mouet aliquid, ſcio non me-
diocrem fore contentionem. tuus porro exercitus vix
vnum ſaltum tueri poteſt. Hanc autem nemo ducit ra-
tionem: ſed omnia deſiderantur ab eo, (tamquam nihil
denegatum ſit ei, quo minus quam paratiſſimus eſſet,)
qui publico negotio praepoſitus eſt. Accedit huc, quod
ſucceſſionem futuram, propter Galliarum controuerſiam,
4 non video. Tametſi hac de re puto te conſtitutum, quid
facturus eſſes, habere: tamen, quo maturius conſtitue-
res, cum hunc euentum prouidebam, viſum eſt, vt te
5 facerem certiorem. Noſti enim haec tralatitia: de Gal-
liis conſtituetur; erit, qui intercedat; deinde alius exſiſtet,
qui, niſi libere liceat de omnibus prouinciis decernere ſe-
natui, reliquas impediat. Sic multum ac diu ludetur,
6 atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur. Si
quid noui de republica, quod tibi ſcriberem, haberem:
vſus eſſem mea conſuetudine, vt diligenter, et quid actum
eſſet, et quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem.
Sane, tamquam in quodam incili iam omnia adhaeſerint,
Mar-

§. 3. *ſucceſſionem f.* ſc. tibi, vt tu e periculo euadas.

§. 4. *conſtitueres*, num in prouincia manere, maioremque fortaſſe exercitum petere, an decedere, aliumque praeficere velles. cf. ad diu. XV. 1. extr. adde anal.

§. 5. * *moretur* paſſiue; verum inuſitate. Gorl. cum plurimis *moraretur*, vnde Cl. Benedict. coniicit *mora detur*, quod ſaltem facilitate ſe commendat.

§. 6. * Pro *incili iam* Gorl. cum plurimis: *in cilicia.* quod ſi tuendum eſſet, incile tamen dimittere nollem, ſed adiungerem ita: *in q. inc.*

§. 4. Non repugnant *conſtitutum habere* et *mat. conſtituere.* In priore eſt ſubintelligendum *animo* ſiue *ſecum:* alterum vero eſt ratum et certum ita ſtatuere, vt aliis innoteſcat.

Marcellus idem illud de prouinciis vrget; neque adhuc
frequentem ſenatum efficere potuit. Quodſi anno prae- 7
terito Curio tribunus, et eadem actio de prouinciis introi-
vit: quam facile nunc ſit omnia impedire, et quam hoc
Caeſari, qui ſua cauſſa rempublicam non curet, ſuperet,
non te fallit.

M. COE-

q. inc. in Cilicia hoc ſenſu: quia tu in Cilicia, non Romae es, omnia retardantur. Sed Coelius nihil in hanc ſententiam alibi: et paullo plus hic dixiſſet, ſi Ciceronis auribus aliquid voluiſſet dare. Optima videtur illa Manutii correctio. Nos auſi ſumus, vna littera mutata, pro *adhaeſerunt. Marcellus* etc. per *adhaeſerint, Marc.* non ſine ratione ſententias iungere. Sic incile illud eſt ſucceſſio prouinciarum: de qua re niſi conſtitutum fuerit, omnia adhaerent: et Marcellus eamdem ſemper necquidquam vrget, vt ruſticus iteratis fruſtra niſibus vrget iumenta, cum plauſtrum in quodam incili adhaeſit.

§. 7. * Hoc loco, tamquam in quodam incili, interpretes adhaeſerunt, neque quisquam rem expedire potuit. Nos ita ſatis commode euadimus, vt, Coelium ita fere ſcripſiſſe, fingamus: *Quodſi a. pr. C. tr. et ead. actio de pr. introiſſet ..... At quam f.* etc. Ita ſubticet in priore parte Coelius, quid ſuperiori anno, Cicerone praeſente, aliis nondum corruptis, futurum fuiſſet, quod facile intelligeret Cicero, cum Curio tantam ſpem faceret. v. ep. IV. §. 3. *Introibit* vix poteſt defendi propter *biennium* §. 5. ' Sed et aliae tam multae reſtant difficultates, vt ipſe malim h. l. rem deſperatam relinquere, quam tironibus perſuadere, vt in iis vires ſuas experiantur.

§. 7. extr. tria verba deinceps poſita ingrata ſunt, et periodicum artificium, quod non artis, ſed naturae in epiſtolis videri debet, nimis produnt.

M. COELII EPIST. VI.

(ad diu. VIII. 6.)

Scribit de Appio a Dolabella accuſato, cuius Appii cauſſam commendat: de affinitate cum Dolabella ſerius iungenda: de rep. maximeque de iis, quae ad Curionem tribunum pertinent.

COELIVS CICERONI S.

Non dubito, quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum: ſane quam non ea, quam exiſtimaueram, inuidia. Neque enim ſtulte Appius: qui ſimul atque Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in vrbem, triumphique poſtulationem abiecerat. quo facto retudit ſermones, paratiorque viſus eſt, quam ſperauerat accuſator. Is

§. 1. *inuidia:* populi aduerſus Appium odio.

§. 2.

Praecipuae partes epiſtolae ſunt Appii commendatio et de Dolabella conſilium: quae cauſſae diligenter ab auctore aguntur, et quas ſub finem pauciſſimis verbis rurſus commendat. Agnoſcit Cicero, qui ad diu. II. 13. reſpondens ad has litteras (*litterae,*) inquit, *vel quas proxime acceperam, quam prudentis! quam multi et officii et conſilii!* Si rogatu Appii priora; prudenter iam hoc fecit, quod tantum, quaſi e ſua ſententia, amice ſuaſit. Recte et, ſuo more, breviter §pho 3. docet, ſi gratificetur Appio, nec reo ſuſpectam fore eius reconciliationem, nec aliis iuſtitiam et ſeueritatem. De Dolabellae negotio caute, et verbis minus apertis. Tribus autem argumentis §pho 6. Ciceronem deterret: a) *denique — emanarit.* b) *porro — q. deceat, aut* c) *expediat, f.* Haec apte §pho 10. repetuntur. ad primum refertur *aequitatis opinio;* ad medium *dign. tua;* ad extremum *haec r. de q. loquor,* quia, ſi diuulgetur, multi multa machinari poſſint, ne illae nuptiae concilientur.

§. 1. Plusqu. perfectum pro perfecto: *introierat — abiecerat* poſt *acceſſit* egregie celeritatem et praeſentis animi conſilium exprimit, vt haec ſit iuſta enallage.

Is nunc in te maximam ſpem habet. Scio, tibi eum 2
non eſſe odio. quam velis eum obligare in tua manu eſt.
cum quo ſimultas tibi non fuiſſet, liberius tibi de tota re
eſſet. Nunc ſi ad illam ſummam veritatem legitimum 3
ius exegeris: cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter
et candide poſuiſſe inimicitias videaris. In hanc partem
porro tutum tibi erit, ſi quid volueris, gratificari. nemo
enim neceſſitudine et amicitia te deterritum ab officio
dicet. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem et 4
nominis delationem vxor a Dolabella diſceſſit. Quid mi-
hi diſcedens mandaris, memini: quid ego tibi ſcripſerim,
te non arbitror oblitum. non eſt iam tempus plura nar-
ran-

§. 2. *in te* ſucceſſore in prouincia, qui teſtimonio et auctoritate plurimum eum iuuare poſſis. * *cum quo ſ.* neceſſarium non eſt τὸ *ſi*, quod hic adiiciunt: Graeca eſt relatiui breuitas. pro: *cum eo, liberius — eſſet*, *cum q.* etc. Sic non ſentitur huius particulae neceſſitas.

§. 3. *neceſſ. et amicitia* erga ipſum Appium, collegam in auguratu, cum quo ſciant tibi ſimultatem fuiſſe. neque enim, qui reconciliatus, continuo, inter illos quidem, et amicus erat. Durius videtur hoc ad Dolabellam referre. nam, vt alia taceam, ſic tamquam certus gener ponitur, cum tamen Coelius hunc generum non probet.

§. 4. *qu. — mandaris:* hoc videtur eſſe, vt Coelius operam daret, vt quam primum Tullia Dolabellae nuberet. *qu. — ſcripſerim*, cum te ab hac re deterrere conarer. Hoc nexus orationis ſuadet, et veroſimilius fit ex ep. XIII. §. 1.

§. 2. *obligare;* verbi breuitas argumentum continet, ſimulque exprimit: *cauſſam eius tueri.*

§. 4. *Illud mihi — diſceſſit:* Senſim hac ſententia ad aliam epiſtolae partem oratio delabitur, vt non ſentiatur tranſitus. Mihi hoc non probatur. Qui ſine iuſta cogitatione, vt ita dicam, legit, huic talis tranſitio grata fuerit: cogitate et attente legentem offendit, quia incertus aliquantulum haeret, quorſum ſpectet talis ſententia. Ergo neque ad ſuauitatem, neque ad perſpicuitatem facit.

5 randi. Vnum illud monere te poſſum: ſi res tibi non diſ-
plicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate oſten-
das, et exſpectes, quemadmodum exeat ex hac cauſſa.
6 Denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Porro, ſignifi-
catio vlla ſi interceſſerit, clarius, quam deceat, aut expedi-
at, fiat. Neque ille tacere eam rem poterit, quae ſuae
ſpei tam opportuna acciderit, quaeque in negotio confici-
endo tanto illuſtrior erit; cum praeſertim is ſit, qui, ſi
perniciosum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen ſe con-
7 tineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt
etiam putent, alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic
nos omnes abſoluimus. et hercule confecta omnia, foe-
da, et inhoneſta ſunt. Conſules autem habemus ſumma
diligentia: adhuc ſenatusconſultum, niſi de feriis Lati-
8 nis, nullum facere potuerunt. Curioni noſtro tribunatus
conglaciat. Sed dici non poteſt, quomodo hic omnia
iaceant. niſi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem,
veter-

§. 7. *pro Appio*, quippe genero ſuo. *Hic nos — inhon. ſunt.* Sententia haec inde elici poteſt: Nemo iam reus damnatur; et herc. iudicia omnia corrupta ſunt, et foede et turpiter agunt iudices. * Verum locus eſt valde deprauatus. Cum in Aſcenſii comment. pro *inhon.* legatur *moleſta;* coniecerim tale quid fuiſſe: *conferta omnia foro moleſta ſunt*, i. e. multitudo litigantium mol. eſt, ſc. praetoribus ignauis et leges ignorantibus. (cf. ep. VIII. §. 6.) Sic bene ſequitur: *Conſules autem* etc. *ſumma dil.* ironice. nam ſenatus conſ. de feriis Latinis eſt ſolenne, vt ad eam rem nulla diligentia opus ſit.

§. 8. *cum tab. et aquariis.* Hos Coelius, vt aedilis, coërcebat. fraus *aquariorum* erat, quod aquas ex publicis ductibus ad priuato-
rum

§. 6. *denique* ſignificat fere *certe* et indicat primarium hoc eſſe argumentum, quo auctor vnice fidat. Sed tamen durum eſt hoc ab initio poni. melius ep. XI. §. 7. *deceat — fiat.* minus haec clauſula offendit, quam ep. V. fin.

veternus ciuitatem occupaſſet. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus. tamen, quoquo modo hic omnia iaceant, potuit ſine Parthis. Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit. hoc ſic nuntiatum eſt.

Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem valde frigere; iam
calet. nam feruentiſſime concerpitur. Leuiſſime enim, 9
quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, et pro Caeſare loqui coepit: legemque Viariam, non diſſimilem Agrariae Rulli, et Alimentariam, quas iubet aediles metiri, iactauit. Hoc nondum fecerat, cum priorem partem epiſtolae ſcripſi. Amabo te, ſi quid,
(quod opus fuerit,) Appio facies, ponito me in gratia. 10
De Dolabella integrum tibi referues, ſuadeo. et huic rei, de qua loquor, et dignitati tuae, aequitatisque opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit, pantheras Graecas me non habere.

M. COE-

rum vſum in agros, hortos, tabernas etc. deriuabant: *tabernarii*, qui aquarum copia opus habebant, illos videntur corrupiſſe, vt ſibi gratificarentur. *potuit ſ. P.* non indigebamus Parthis; eorum opera aequo animo carere poteramus. nam *poteſt* pro *fieri pot.* vſitatum, vt ſuppleatur *res*, aut ſimilia verba indefinitae ſignificationis.

§. 9. *feru. concerp.* grauiſſimis maledictis proſcinditur ſc. ab optimatibus. *de intercal.* quod a pontificibus obtinere ſtuduerat, vt Caeſaris commodo annus longior fieret. *Viariam*, de viis muniendis, de qua dilucide Ern. in Claue Cic. *non diſſim. agr. R.* quod Rulli exemplo in 5 annos eadem lege curam eius rei petebat. * *quas iub.* idoneis rationibus defendit Cl. Bened. pro *quae iub.* et ioco dictum eſſe ſtatuit *metiri* pro *aeſtimare, diiudicare;* quod valde probo.

§. 10. *pon. me in gr.* dic, meam commendationem aliquid ap. te ponderis habuiſſe.

§. 10. *Turpe tibi* etc. feſtiua et iucundo lepore temperata admonitio amici. Animo legentis rationem excogitandam relinquit: ami-

M. COELII EPIST. VII.

(ad diu. VIII. 7.)

Hortatur Ciceronem, vt e prouincia decedere feſtinet: et noua quaedam de futuris Cornificii et Oreſtillae filiae nuptiis, de Paullae diuortio, et de Occellae adulterio nuntiat.

COELIVS CICERONI S.

Quam cito tu iſtinc decedere cupias, neſcio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem geſſiſti. dum iſtic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc
2 riſum meum metus aliquis perturbet. Breuiores has litteras properanti publicanorum tabellario ſubito dedi. tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam. Res autem nouae nullae ſane acciderunt, niſi haec vis tibi ſcribi,
3 quae certe vis. Cornificius adoleſcens Oreſtillae filiam ſibi deſpondit. Paulla Valeria, ſoror Triarii, diuortium ſine cauſſa, quo die vir e prouincia venturus erat, fecit. Nuptu-

§. 1. *hunc riſum*, quem ex rebus hic, Romae, factis capio.

§. 3. * In Ms. Graeuii et Torg. legitur: *Cornificius adoleſcentior eſt, ille filium ſibi deſp.* in alio: *adoleſcentior eſt, ille vbi fil.* etc. Ex his ita fere conieceris: *Corn. adoleſcenti Oreſtillae, vbi filium, filiam ſibi deſp.* Sed hic nihil ſatisfacit. *nond. retulerat* illa mulier ad

amicitiae laudem continet: et tamen ſpeciem quandam habet obiurgationis. quaſi aculeus eſt in fine epiſtolae, quem tamen amicus cum ſenſu voluptatis recipiat. Cf. ep. IX. §. 5. et ad diu. VII. 24. extr.

---

§. 1. Aptius videatur, locum verborum *peric.* et *metus* permu-

Nuptura est D. Bruto. nondum retuleras. Multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. Seruius 4
Ocella nemini persuasisset, se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quaeres, vbi? vbi hercule ego minime vellem. relinquo tibi, quod ab aliis quaeras. neque enim displicet mihi, imperatorem singulos percontari, cum qua sit aliquis deprehensus.

M. COE-

ad Pontifices de diuortio. Sic scribunt, et interpretantur. * Sed codd. plerique et optimi legi iubent *retuleras*, vt locus mancus videatur. Ingeniose, nec adeo absurde, Bengelius Coelii ad librarium verba esse suspicatur temere illata.

mutare: sed litotis in *metus* pro *calamitas* excusanda, et fortasse laudanda.

§. 4. Quae hic iocose dicuntur, ea non possumus diiudicare. nescimus, vtrum Ocella modestum et castum hominem se gesserit, an ob corporis tenuitatem similemue caussam minus in Venerem pronus visus sit. *vbi min. vellem.* His Ciceroni scrupulum iniicere potuit: quod si voluit, videtur peccasse, quod non, si serio, plura; sin iocose, hoc saltem addidit: *sed coram iocabimur*, aut simile.

neque en. displ. Si certum aliquem imperatorem e prouincia reducem his tetigit, qui se ita inepte praebuerat deridendum; recte: sin minus; ita malim: *neque enim alienum, aut reprehendendum est hoc tempore, imper.* etc. aut iocose in eandem sententiam.

M. COELII EPIST. VIII.

(ad diu. VIII. 8.)

Mirabilia quaedam de iudiciis scribit, maximeque de C. Sempronio calumniae damnato et de M. Seruilio ob inscitiam praetoris neque absoluto, neque damnato. S. C. de prouinciis factum mittit, et quaedam de caussa Caesaris addit. Tandem rursus res suas, vt epp. antecedd. commendat.

COELIVS CICERONI S.

Etsi de republica quae tibi scribam, habeo: tamen nihil, quod magis gauisurum te putem, habeo, quam hoc. Scito C. Sempronium Rufum, Rufum, mel ac delicias tuas,

Nonnulli hanc epistolam vix dignam habuerunt, in qua explicanda elaborarent; quo iure, ipsi viderint. Si complura deprauata sunt, si quaedam consuetudines fori et curiae nobis minus notae, vnde verborum intellectus pendeat: nostram vicem dolere, Coelium autem contemnere non debemus. Quod autem pro ratione instituti nostri in analysi agere debemus, id vt agamus, non multum nobis iuris est in talem epistolam.

Cum pleraque ad narrandi genus pertineant, in operis summa fere omnia ad leges bonae narrationis exigere debemus. et sic nobis epistola, vt ad familiarem scripta, non inepta videtur. Si comparare voluerimus Ciceronis ad Atticum in simili re (v. g. I. 16) scriptas, eas faciliores quidem (*fließender*) et meliores easdem tamen similiter argutas, et concise breuiterque scriptas, reperiemus, et ita, vt passim aliqua obscuritatis species oboriatur. His in vniuersum dictis, sententias quasdam et verba singularia consideremus.

§. 1. Quod de rep. non prius scribit, sed de turpibus iudiciis, magis ex ingenio suo facit, quam vt Ciceroni gratificetur, qui sine dubio illa, quae de rep. habet, prius mallet cognoscere. v. ad diu. II. 8. Verum Coelius ἐπιχαιρέκακος aegre se continebat, quo minus §. 1—8 prius effunderet.

tuas, calumniam maximo plausu tulisse. Quaeris, qua 2
in caussa? M. Tuccium, accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege Plotia de vi fecit, hoc consilio, quod videbat, si extraordinarius reus nemo accessisset, sibi hoc anno caussam esse dicendam. Dubium porro illi non erat, quid futurum esset. Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori. Itaque sine vllo subscriptore descendit, et Tuccium reum fecit. At ego, 3
simul atque audiui, inuocatus ad subsellia rei occurro: surgo, neque verbum de re facio: totum Sempronium vsque eo perago, vt Vestorium quoque interponam, et illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si quid iniuriis suis esset, quo Vestorius teneret. Haec

§. 1. *calumniam tul.* calumniae damnatum esse. Graeuius exponit simpliciter per *accusasse*, quod res nullo modo patitur.

§. 2. *extraord. reus*, cuius caussa statim agenda esset, non post alios, quorum nomina prius delata essent. *hoc anno*, quo iudices haberet fortasse seueros aut inimicos. *sine vllo subscr.* vt appareret, eum calumniari, vtpote cuius consilium nemo probasset.

§. 3. *neque — facio:* v. anal. *perago:* diuexo, exagito. * *si q. — teneret.* si nulla hic lacuna est, saltem nonnulla corrupta. Fortassis haec coniectura non multum aberrat: *si quid iniuriosius esset, quo Vestorius ius teneret.* nam Vestorium valde colebat Sempronius: eidem Cicero erat amicus. Ergo si v. g. Sempronius in iudicio dixit, Ciceronem mentitum esse: voluit hoc pro beneficio haberi, si eo Vestorius ius suum obtineret. Bene hoc in calumniatorem conferri potuit.

§. 4.

§. 2. *Quaeris — caussa?* Sic ipsa interrogationis mora sciendi cupiditatem excitamus. Sed res debet esse valde mirabilis: alias talia verba frigent.

§. 3. *neque — facio:* apta hyperbole. Paucissima sc. de re ipsa dixit, quae se ipsam satis aperiret, vt nemini obscurum aut dubium esset, Sempronium calumniari.

4 Haec quoque magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius poſtquam, vt coeperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non venderet, quoiquam reliquerat, maximeque nobis traditus erat inuidiae: neque Laterenſis praetor, poſtulante Pauſania, nobis patronis, *quo ea pe-*
5 *cunia perueniſſet*, recipere voluit. Quod Pilius, neceſſarius Attici noſtri, de repetundis eum poſtulauit. Magna illico fama ſurrexit, et de damnatione feruenter loqui eſt coeptum. Quo vento proiicitur Appius minor, vt implicet, pecuniam ex bonis patris perueniſſe ad Seruilium, praeuaricationisque cauſſa diceret depoſitum H S. LXXXI. Admiraris amentiam? immo ſi actionem, ſtultiſſimasque
6 de ſe, nefarias patris confeſſiones audiſſes. Mittit in conſilium eosdem illos, qui lites aeſtimarant, iudices. Cum

§. 4. *turbauerat,* decoxerat. vſitatius dr. alias *conturb. nec — reliq.* v. anal. *nobis — inuidiae* mihi ſe tradiderat defendendum, vnde multorum odia ſuſciperem. *Pauſania.* liberto, vt videtur, quem Seruilius ſubornarat. *quo ea p.* ad quem ea p. *recipere* ſc. reum.

§. 5. *Appius min.* cuius cauſſa hic extra ordinem agitur, quia, vt videtur, Appii pater a Seruilio de repetundis accuſatus, eoque praeuaricante, abſolutus tamen non fuerat. Quae enim aliquid coniunctionis cum antecedenti cauſſa habebant, eae ſtatim extra ordinem agebantur. *HS. LXXXI* fere 3400 Thaleros conu. *actionem* vehementi voce et geſtu pronunciatam orationem: vnde audacia et impudentia appareret. *patris* de patre; patris quidem proprias, ſed iam a filio prolatas et repetitas.

§. 6. *lites aeſtim.* Ex his verbis coniicimus de cauſſa Appii patris damnati. *non redigam.* ſic fortaſſe dixerunt praetores, cum quis

§. 4. *quod non vend.* Cum hyperbole valde inſigni euphemiſmum ineſſe arbitror, et ſignificare: *ne ſtercora quidem,* quae emtorem non reperirent. ſic nos de re viliſſima: *was ihm niemand abkaufen würde.*

Cum aequo numero sententiae fuissent: Laterensis, leges ignoras, pronuntiauit, *quod singuli ordines iudicassent:* et ad extremum, vt solent, *non redigam.* Postquam dis- 7
cessit et pro absoluto Seruilius haberi coeptus; legisque vnum et centesimum caput legit, in quo ita erat: *quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratumque esto:* in tabulas absolutum non retulit; ordinum iudicia perscripsit. postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, et se relaturum dixit. Sic nunc neque absolutus, neque 8
damnatus Seruilius, de repetundis saucius Pilio tradetur. Nam de diuinatione Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilioque cessit; Et ipse de pecuniis repetundis a Seruiliis est postulatus: et praeterea de vi

quis tam multis sententiis absolutus vel damnatus esset, vt ad certum numerum reuocare non opus esset, quod maior ex altera parte numerus statim in oculos incurreret.

§. 7. *in tab. — perscr.* nesciebat enim, quid iuris esset in aequo numero iudicum. *postul. r. Appio*, vt absolutum in tabulas referret. Fortasse sic experiri voluit praetoris fidem in numerandis sententiis, et an auderet in tabulas referre, quod voce pronunciasset. Sed res est obscura et dubia. * *L. Lollio:* Gorl. *lucio lelio. cum — transeg.* prouerbiale opinor: *er that die Sache wie L. Lollius ab;* vt L. homo fuerit in vulgus notus, qui, quae facere nollet, ea procrastinaret, et se facturum diceret. Nam ex hac narratione Cicero non magis scire potuit, quam nos, quas partes Lollius in iudicio habuerit. Credibile autem non est, oratorem in narrando rem tam necessariam praeterire.

§. 8. *saucius* absolute, non de repetundis. pertinet enim ad alteram caussam.

§. 11.

§. 8. *saucius:* festiue, si quid aliud, dictum: quasi tu diceres: *angeschossen. cum cal. iurasset* sc. Pilius. v. ep. IV. extr. *recte — habet:* formula a gladiatorio ludo ducta bene exprimit nequissimum et accusatorem et reum. ambiguum tamen, Appius et Tettius, an Pilius et Seruilius componantur.

vi reus a quodam ſuo emiſſario Sex. Tettio factus. recte hoc par habet.

9 Quod ad rempublicam pertinet, omnino multis diebus exſpectatione Galliarum actum nihil eſt. Aliquando tamen, ſaepe re dilata, et grauiter acta, et plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, vt eum decedere poſt Kalendas Martias placeret: ſenatus conſultum, quod tibi miſi, factum eſt, auctoritatesque perſcriptae.

10 *S. C. auctoritas. Pridie Kal. Octob. in aede Apollinis ſcrib. aſſuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomt. Annalis, C. Septimius, T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina.*

11 *Quod M. Marcellus conſul V. F. de prouinciis conſularibus D. E. R. I. C. vti L. Paullus, C. Marcellus conſules, cum magiſtratum iniſſent, ex a. d. Kal. Mart. quae in ſuo magiſtratu futurae eſſent, de conſularibus prouinciis ad ſenatum*

§. 11. *M. Marc. conſul* huius anni (a. v. 702) cum Seruio Sulpicio. *conſules* deſignati. *D. E. R. I. C.* de ea re ita cenſuerunt. *coniunctim*, ne alia res, quae non probaretur ab omnibus, rem de ſucceſſione prouinciarum impediret. Vid. ep. V. §. 5. *comitiales*, vt eo citius decerneretur. nam alias ſenatus illis diebus haberi non poterat. *S. Q. C.* ſenatusque conſultum. * *ſex:* legendum potius e Manutii coniectura *eos*, vel multo maior numerus ſaltem fingendus. * *I. N.* Has litteras in veteri libro Sigonii eſſe Manutius teſtatur: e quibus reliquas deprauatas puto. Pro *I* etiam *L* habent, vt tamen de veritate τȣ̃ *I* non dubitent. Ex *N* autem facile ortum *V* vt alias ſaepiſſime; atque etiam II craſa media parte; et ex vtrisque Gorl. III. Vim harum litt. puto eſſe: *Interceſſit Nemo.* ſc. huic primo capiti ſenatus conſulti. * *plebemue:* vel *ad plebemue*, vt ſupra, quod magis curiam ſapit.

tum referrent, neue quid prius ex Kalendis Mart. neue quid coniunctim de ea re referretur a consulibus, vtique eius rei caussa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent; et cum de ea re ad senatum referretur a COSS. qui eorum in CCC iudicibus essent, sex adducere liceret. Si quid de ea re ad populum, (ad) plebemue lato opus esset, 12
vti Ser. Sulpicius, M. Marcellus COSS. praetores, tribunique plebis, quibus eorum videretur, ad populum plebemue referrent; quod ii non tulissent, vti, quicunque deinceps essent, ad populum plebemue ferrent. I. N.

13 *Prid. Kalend. Octob. in aede Apollinis scrib. affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomt. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina.*
Quod M. Marcellus consul V. F. de prouinciis, D. E. R. I. C. 14
senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habeant intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de R. P. Q. P. ad senatum referri, senatique consultum fieri possit. qui impedierit, prohibuerit, eum senatum existimare contra rempublicam fecisse. Si quis 15
huic senatus consulto intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri. Huic senatus consulto intercessit C. Coelius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa.

Item

§. 13. Cum de re, quae §. 14. rursus deliberatum esset, exierant senatu, non apparet, qua de caussa, fortasse ne Caesari, cui iam acrius instandum viderent, aduersarentur, *C. Lucceius C. F. et Pup. Hirrus.* (cf. §. 10.) Hinc noua h. l. praescriptio. vide et ad diu. XV. 6. extr.

§. 14. *de* R. P. Q. P. i. e. de rep. quam primum.

16 *Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt: qui eorum stipendia emerita, aut caussas, de quibus caussis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, caussaeque co-*
17 *gnoscantur. Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, et de ea re ad hunc ordinem referri.* Huic S. C. intercessit C. Coelius, C. Pansa tribuni plebis.

18 *Itemque senatui placere in Ciliciam prouinciam, in octo reliquas prouincias, quas praetorii pro praetore obtinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias pro praetore mitti oporteret, eos sortito in*
19 *prouincias mitti placere. si ex eo numero, quos ex S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur; tum vti quodque collegium primum praetorum fuisset, neque in prouincias profecti*
20 *essent, ita sorte in prouinciam proficiscerentur. si ii ad numerum non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegii, qui praetores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem coniicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. Si quis huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur.* Huic senatus consulto intercessit C. Coelius, C. Pansa tribuni plebis.

21 Illa praeterea Cn. Pompeii sunt animaduersa, quae maxime confidentiam attulerunt hominibus, vt diceret, se ante

§. 19. *ad numerum:* satis multi.

§. 21. *confidentiam*, vt certo sperarent fore, vt Caesari obsisteretur. * *vt diceret* Ern. „Scribe: *cum d.* nam *vt* nullo modo hic locum habet." Inter vtrumque verbum mihi tale quid scriptum videtur

ante Kalend. Mart. non poſſe ſine iniuria de prouinciis
Caeſaris ſtatuere, poſt Kal. Mart. ſe non dubitaturum.
Cum interrogaretur, ſi qui tum intercederent? dixit hoc
nihil intereſſe, vtrum C. Caeſar ſenatui dicto audiens fu-
turus non eſſet, an pararet, qui ſenatum decernere non
pateretur. Quid ſi, inquit alius, et conſul eſſe et exerci- 22
tum habere volet? At ille quam clementer: Quid ſi filius
meus fuſtem mihi impingere volet? His vocibus, vt ex-
iſtimarent homines, Pompeio cum Caeſare eſſe nego-
tium, effecit. Itaque iam, vt video, alterutram ad con- 23
ditionem deſcendere vult Caeſar, vt aut maneat, neque
hoc anno ſua ratio habeatur; aut ſi deſignari poterit, de-
cedat. Curio ſe contra eum totum parat. quid aſſequi
poſſit, neſcio. Illud video, bene ſentientem, etſi nihil
effe-

detur fuiſſe: *crederent, aliquid actum iri. Nam cum vehementius flagitarent, commotus eſt. ſi qui — interc.* ſcil. quid tum faciendum videretur? Vnus autem Curio intelligendus videtur: vnde Pompeius ſingulari numero reſpondet.

§. 22. *quam clem.* vultu ad magnam comitatem compoſito, et voce mitiſſima.

§. 23. * *vult Caeſar.* rectius videtur: *v. Caeſarem. hoc anno:* eo, quo optat. nam in annum 703 iam deſignati. §. 11. * *poterit* an *potuerit?* ea enim conſtans tum fuit Caeſaris voluntas, ne ante decederet, quam conſul factus eſſet. Poſtmodum alteram conditionem tulit ad Diu. XVI. 12. Venit etiam in mentem *voluerit* pro *pot.*

§, 24.

§. 22. *His voc. — effecit:* naturalis ordo multo melior eſſet: *His v. effecit, P. vt exiſtimarent homines, ipſi cum* etc.

§. 23. Bis hoc ſpho *poſſe* ex vulgi, opinor, ſermonis vſu, vt verbum auxiliare nullius ſignificationis adhibetur. Cicero Dialecticis melius excultus hoc nusquam facit. Cf. praef. ad epp. D. Bruti.

24 effecerit, cadere non poſſe. Me tractat liberaliter Curio, et mihi ſuo munere negotium impoſuit. Nam ſi mihi non dediſſet eas, quae ad ludos ei aduectae erant Africanae, potuit ſuperſederi. Nunc quando dare neceſſe eſt, velim tibi curae ſit, quod a te ſemper petii, vt aliquid
25 iſtinc beſtiarum habeamus. Sittianam ſyngrapham tibi commendo. Libertum Philonem iſtoc miſi, et Diogenem, [Graecum] quibus mandata et litteras ad te dedi, eos tibi, et rem, de qua miſi, velim curae habeas. nam quam vehementer ad me pertineat, in iis, quas tibi illi reddent, litteris deſcripſi.

M. COE-

§. 24. *nam ſi — Afr.* vid. ep. ſeq. §. 5.

§. 25. * *iſtoc:* libri ſcripti et editi omnes habent *iſtuc.* quin ponamus vel vbique *iſtuc*, vel h. l. *iſtoc*, quod ego feci. * *Graecum* quis non ſentiat, hanc Gloſſam eſſe? * *ad me p.* Gorl. *ad te p.* quod verum puto. Cf. ep. VI. extr.

M. COELII EPIST. IX.

(ad diu. VIII. 9.)

De Hirri post repulsam ineptiis scribit: pauca rursus de prouinciis; plura de pantheris et syngrapha Sittiana. Commendat M. Feridium, et quaedam alia addit; in quibus iterum de prouinciis Galliis, et de sententiis, quas Pompeius et Scipio in eam rem dixerint.

COELIVS CICERONI S.

Sic tu, inquis, Hirrum tractasti? Immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit, pudeat te, ausum illum vnquam esse incedere tamquam tuum competitorem. Post repulsam vero risus facit: ciuem bonum ludit, et contra Caesarem sententias dicit: 2 expectationem corripit: Curionem prorsus Curionem non mediocriter obiurgatus, hac repulsa se mutauit. Praeterea, qui numquam in foro apparuerit, non multum

§. 1. *tractasti:* (a rixantibus ductum) male accepisti, vexasti.

§. 2. *ludit:* inepte imitatur. Sic Claudian. epigr. 26. v. 4. *expect. corripit:* moram senatus in caussa Caesaris reprehendit. * Sed v. analys. * *non multum — vers. sit:* vix haec orator scripsit post illa: *qui n.* etc. in pueri vsum haec addita credas ab alio. * *caus-*

Cicero ipse Att. VI. 1. has litteras *accurate scriptas* dicit: quod non ad verba, sed ad rerum diligenter expositarum et commendatarum copiam pertinet. Nimia verborum breuitas et, si quid aliud vitii inest, illam laudem non tollit.

§. 2. *exp. — mutauit:* perperam *expectatio* pro *mora* et *tarditate* dicitur. *obiurgatus* nemo alius actiue, vt h. l. videtur dictum, vsurpauit. *hac rep. se m.* plane puerile est. Verum ille locus non vna parte mutilus est.

tum in iudiciis verſatus ſit, agit cauſſam liberalis: ſed raro
3 poſt meridiem. De prouinciis, quod tibi ſcripſeram Idi-
bus Sextil. actum iri, interpellat iudicium Marcelli con-
ſulis deſignati. In Kalend. reiecta eſt. ne frequentiam
quidem efficere potuerunt. Has litteras a. d. IV. Non.
Septembr. dedi, cum ad eam diem ne profligatum
4 quidem quidquam erat. Vt video, cauſſa haec integra in
proximum annum transferetur: et, quantum diuino, re-
linquendum tibi erit, qui prouinciam obtineat. Nam non
expeditur ſucceſſio, quum Galliae, quae habent interceſ-
ſorem, in eandem conditionem, quam ceterae prouinciae,
vocantur. Hoc mihi non eſt dubium. quo tibi magis
5 ſcripſi, vt ad hunc euentum te parares. Fere litteris
omnibus

* *cauſſam — merid.* interpretes excuſandi, ſi nihil ſani afferunt h. l. Nec nos forraſſe ſaniora. An legendum *libertatis?* Sic pro concione Hirrus dicatur contra Caeſarem verba facere, cuius potentia libertati periculoſa facta ſit. Additur autem, vt appareat, quorſum iocus ſpectet: *ſed — mer.* Scilicet *meridie* tantum, cum magna multitudo hominum in foro verſatur, maledicta in Caeſarem iacit, eumque conviciis inſectatur; a meridie tantum, cum inſolentior caſus facit, vt populus multus in foro conueniat.

§. 3. *iudicium M. c. d.* Manut. videtur intelligere iudicium hominum de *M.* vel eius ſententiam ſ. auctoritatem; quorum neutrum ferri poteſt tum ob *iudicii* nomen, quod inepte vſurpatum eſſet, tum ob *interpellandi* verbum, quod grauius impedimentum, et extrinſecus recens allatum, declarat. Ergo equidem dictum arbitror, vt Cic. pro Mur. c. 2. vt ſit cauſſa Marcelli de ambitu accuſati ab aliquo Caeſaris inimico. Maxima difficultas obiici poteſt, quod de illa accuſatione nihil, quod ſciam, apud auctores reperitur. Fortaſſe alius vel reperierit aliquid, vel aliud certius protulerit.

§. 4. * *relinquendum.* Sic iam Ern. ſcribi voluit, vt eius explicatio docet; non *relinquendus.* ſed operarum error non eſt notatus. habet ita: " *tibi:* auctoritati tuae, per quam res decernatur."

omnibus tibi de pantheris ſcripſi. turpe tibi erit, Pa-
tiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis
partibus plures: quas ipſas Curio mihi, et alias Africanas
decem, donauit; ne putes, illum tantum praedia ruſtica
dare ſcire. Tu, ſi modo memoria tenueris, et Cibyra- 6
tas arceſſieris, itemque in Pamphyliam litteras miſeris;
(nam ibi plures capi aiunt;) quod voles, efficies. Hoc
vehementius laboro nunc, quod ſeorſus a collega puto
mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc curae.
Soles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. 7
In hoc negotio nulla tua, niſi loquendi, cura eſt, [hoc
eſt, imperandi et mandandi.] Nam ſimul atque erunt
captae, qui alant eas et deportent, habes eos, quos ad
Sittianam ſyngrapham miſi. Puto etiam, ſi vllam ſpem
mihi litteris oſtenderis, me iſto miſſurum alios.

M. Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, 8
bonum et ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negotium
iſtoc

§. 5. *praedia r.* praedium Curio videtur donaſſe Coelio, ne adverſarium haberet in iis, quae moliebatur. v. ep. VI. §. 9.

§. 6. * *tenueris:* hanc Erneſti ſcripturam pro vulg. *teneres* reperi etiam in edit. Ven. 1589 et Aſcenſii comment.

§. 7. * *h. e. — mand.* in Aſc. eſt: *niſi loquendi. i. mandandi.* denique totum hoc ſuſpectum.

§. 8.

§. 5. *te — plures* et ambiguum et inconcinnum eſt. addi ſaltem oportebat *mihi.*

§. 6. *Tu, ſi — aiunt.* Hic rem, quam vult, vt facillimam ob oculos ponere, facit multitudine verborum, vt operoſior videatur. Melius idem §. 7. *nulla — eſt.*

§. 8. Breuis Feridii commendatio eſt plane Tulliana. Hoc vnum equidem deſiderauerim, quod *honeſtam* dicit rem, quam Cicero Att. VI. 1. *foedam* iudicat. Inde pro certo ſtatuere poſſumus, ſpeciem ſaltem aliquam turpitudinis in iſto negotio fuiſſe, vt rectius ſit: *nec turpe*, vel *nec inhoneſtum.*

istoc venit, tibi commendo; et te rogo, vt eum in tuo-
rum numero habeas. Agros, quos fructuarios habent
ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile et hone-
stum factu est, immunes esse. gratos et bonos viros tibi
9 obligaris. Nolo te putare, Fauonium a Columnariis
praeteritum: optimus quisque eum non fecit: Pompeius
tuus aperte, Caesarem et prouinciam tenere et consula-
tum. ipse tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tem-
pore senatus consultum faciendum: Scipio hanc, vt Kalend.
Martiis de prouinciis Galliis, neu quid coniunctim, re-
ferretur. Contristauit haec sententia Balbum Cornelium:
10 et scio, eum questum esse cum Scipione. Calidius in
defensione sua fuit disertissimus; in accusatione satis fri-
gidus.

M. COE-

§. 8. *fructuarios*, quorum fructus percipiunt, cum dominium s. possessio Feridii sit. *facile;* ita; vt Cicero pecunia publica hoc damnum illis restituat. v. Att. VI. 1.

§. 9. *columm.* vili plebecula. *praeteritum* cum praetor fieret. *Pomp. tuus ap.* sc. *fecit*, quod ex anteced. repetendum. * *consulatum.* hoc erui ex Asc. comment. In omnibus fere mss. est *consulem*, vt Magd. vel *consul;* vtrumque ex compendio scripturae. * *de pr. Galliis* a Gorl. non absunt, vt Ern. refert; et leguntur in codd. omnibus.

§. 10. * *Calidius.* in Gorl. et Magd. est *Callidius.*

§. 10. *disertissimus* et *satis frigidus* non vitiose opponuntur. Sed fortasse hic Coelius ad Calidii nomen simul alludere voluit. quod si ita est, melius finxisset ioco *Frigidii* nomen.

M. COELII EPIST. X.

(ad diu. VIII. 10.)

Scribit, quos ſermones excitarint nuntii de Parthorum tranſitu, et ſuadet, vt de iſto rerum ſtatu Cicero diligenter perſcribat. Addit de prouinciis, de actionibus Curionis; in quibus de agro Campano. Ad extremum pollicetur, ſe curaturum, ne Ciceroni prouincia prorogetur.

COELIVS CICERONI S.

Sane quam litteris C. Caſſii et Deiotari ſumus commoti. Nam Caſſius cis Euphratem copias Parthorum eſſe ſcripſit; Deiotarus, profectas per Commagenem in prouinciam noſtram. Ego quidem praecipuum metum, quod 2 ad te attinebat, habui, qui ſcirem, quam paratus ab exercitu eſſes, ne quod hic tumultus dignitatis tuae periculum afferret.

§. 1. *C. Caſſii*, qui quaeſtor Craſſi fuerat, hoc autem a Parthis interfecto Syriam adminiſtrauerat vsque ad Bibuli aduentum. * Poſt *Deiot.* Gorl. addit *noſtri*.

§. 2. *quam par.* quam male inſtructus. Sic §. 3. *quam probab.* pro *quam parum pr.* et *tantum* §. 7. pro *tam exiguum*. * *dignitatis* pro *dignitati* eſt etiam in Magd. add. anal.

§. 3.

Epiſtola eſt vix digna homine docto, quae ſi Ciceroni ob argumentum fuit probata, ob ieiunitatem certe, et orationis aſperitatem ingratamque eius negligentiam placere non potuit.

§. 2. *qu. — attinebat:* quin breuius: *de te. praeſagiebat:* non eſt haec praeſagitio, vbi cauſſa patet. de hoc tamen non valde pugnarim. *tum. dignitatis.* lepidus iocus exſiſteret, ſi poſſemus explicare per *expectatio laudis bellicae.* Sed inſolentiori ſtructura iungendus hic genitiuus cum *peric.* ob inſeq. oppoſitum *vita.*

ret. Nam de vita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem. nunc haec exiguitas copiarum receſſum, non dimi-
3 cationem mihi tuam praeſagiebat. Hoc quomodo acciperent homines, quam probabilis neceſſitas futura eſſet, vereor etiam nunc: neque prius deſinam formidare, quam tetigiſſe te Italiam audiero. Sed de Parthorum tranſitu nuntii varios ſermones excitarunt. Alius enim Pompeium mittendum; alius, ab vrbe Pompeium non removendum; alius, Caeſarem cum ſuo exercitu; alius, con-
4 ſules: nemo tamen, ex ſenatus conſulto priuatos. Conſules autem, quia verentur, ne illud ſenatus conſultum fiat, vt paludati exeant, aut contumelioſe praeter eos ad alium res transferatur, omnino ſenatum haberi nolunt, vsque eo, vt parum diligentes in republica videantur, ſed honeſte, (ſiue negligentia, ſiue inertia eſt; ſiue ille, quem propoſui metus latet ſub hac temperantiae exiſtima-
5 tione,) nolle prouinciam. A te litterae non venerunt: et, niſi Deiotari ſubſecutae eſſent, in eam opinionem Caſſius venerat, quae diripuiſſet ipſe, vt viderentur ab hoſte vaſtata, finxiſſe bellum, et Arabas in prouinciam immiſiſſe, eosque Parthos eſſe, ſenatui renuntiaſſe. Quare tibi ſuadeo, quicunque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter et

caute

§. 3. *neceſſitas* recedendi.

§. 8.

§. 3. *acciperent;* clarius et vſitatius: *accepturi eſſent. vereor:* temporum ordo poſtulat: *veritus ſum, et v.* ſed propter *etiam* ea breuitas excuſationem habet. *neque pr.—audiero:* alieniſſimo loco rurſus de periculo ab hoſte dictum.

§. 5. Commodior huius §phi locus eſſet poſt §phum 1. Oſtendunt etiam tot infinitiui in *ſſe.* Reliqua ad finem vsque minus vitioſa ſunt: quam ob rem iis non immorabimur.

caute perſcribas, ne aut velificatus alicui dicaris; aut ali-
quid, quod referret ſciri, reticuiſſe. Nunc exitus eſt an- 6
ni. nam ego has litteras a. d. XIIII. Kal. Decemb. ſcripſi.
Plane nihil video ante Kal. Ianuar. agi poſſe. Noſti Mar-
cellum, quam tardus et parum efficax ſit; itemque, Serui-
vs quam cunctator. Cuiusmodi putas hoc eſſe, aut quam
id, quod noliut, conficere poſſe, qui, quae cupiunt,
tamen ita frigide agunt, vt nolle exiſtimentur? Nouis 7
magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, haec cauſ-
ſa primos menſes occupabit. ſin autem non erit iſtic bel-
lum, aut tantum erit, vt vos aut ſucceſſores, paruis addi-
tis copiis, ſuſtinere poſſint: Curionem video ſe dupliciter
iactaturum; primum vt aliquid Caeſari adimat; inde vt ali-
quid Pompeio tribuat, quiduis, quamlibet tenue munus-
culum. Paullus porro non humane de prouincia loqui- 8
tur. huius cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter. plu-
res ſuſpicari non poſſum. Haec noui. alia, (quae poſ-
ſunt accidere,) non cerno. multa tempus afferre, et
praeparata mutare, te perſpicere ſcio. ſed intra fines hos,
quaecunque acciderint, vertentur. Illud addo ad actio- 9
nes C. Curionis de agro Campano: de quo negant Cae-
ſarem

§. 8. ***non humane:*** duriter aduerſus Caeſarem. *Furnius* iam trib. pl. deſignatus. * *poſſunt accid.* an *accedere?* hoc ſaltem reliquis aptius quoad tropum, et inconditum ſenſum tollit. * ***mutare — ſcio.*** Sic ex bonis libris recte, opinor, ſcripſi pro: *multa eſſe ſcio.* In Magd. eſt *mutare te ſcio.* Prioribus ſeruatis pro *ſcio* malim *ſcis.*

§. 9. * *valde nolle.* Ab vno Manutii *nolle* aberat. Fortaſſe ineptus interpres vtrumque verbum male adiecit *laborandi* verbo. Poſt *nego* ſequitur *ſed* affirmante ſententia. Suet. Claud. 15. ***ne — pateat,*** ne diuidere ciuibus et ſic multos ſibi deuincire poſſit.

ſarem laborare, ſed Pompeium valde nolle; ne vacuus aduenienti Caeſari pateat. Quod ad tuum deceſſum attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum, vt tibi ſuccedatur: illud certe praeſtabo, ne amplius prorogetur. Tui conſilii eſt, ſi tempus, ſi ſenatus coget, ſi honeſte a nobis recuſari non poterit, velisne perſeuerare: mei officii eſt, meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

M. COELII EPIST. XI.

(ad diu. VIII. 11.)

Nuntiat, ſupplicationes Ciceroni poſt acrem concertationem decretas tandem eſſe, monetque, vt decreti auctoribus gratias agat. Addit de republica, nihil niſi cauſſam prouinciarum et Caeſaris agi. Commentarium rerum vrbanarum mittit, et Sittianum negotium commendat.

COELIVS CICERONI S.

Non diu, ſed acriter nos tuae ſupplicationes torſerunt. incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidiſſimus, quoi omnibus rationibus comitiales eripieban-

§. 10. *non pot.* vt maneas. *perſeuerare* in ſententia, vt decedas.

§. 1. *incideramus:* (a caſdo, non a cado.) — * *quoi:* habent mſſ. *qui* vt Magd. vel *quod* vt Gorl. vtrumque facile ortum ex *quoi*, quod alias Coelio afferunt. *omnibus rat.* cum ſeruarent de coelo, cum

Paullo melior haec epiſtola videtur, quam antecedens: neque tamen lectu eſt iucunda. Partes maiores optimo ordine ſunt collocatae, vt tamen omnia temporum hominumque iniuria perturbari non potuerint. — §. 1. Commode hic omnia.

piebantur, negabat, se vllo modo pati posse, decerni supplicationes, ne, quod furore Paulli ademtum esset boni, sua culpa videretur amisisse, et praeuaricator caussae publicae existimaretur. Itaque ad pactionem descendimus: et confirmauit consul, se his supplicationibus in hunc annum non vsuros. Plane quod vtrisque consulibus gratias agas, est; Paullo magis certe. Nam Marcellus sic respondit ei, spem in istis supplicationibus non habere; Paullus, se omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. prendimus eum. non modo non fecit; sed, cum de hostibus 2

cum per alium tribunum pl. impedirent Curionem, aut alia obiicerent nobis ignota. * *ademtum :* alii *adeptus*, quo nimis turpiter et impudenter loquentem faciunt Curionem, qui vlciscendi occasionem *bonum* appellet. *sua c.* qui per reliquos eius anni dies supplicationes fieri non vetuerit. His cum pop. agi non poterat, quod vel per se patet. cf. Tac. Annal. XIII. 41. * *confirmauit consul :* sic cum aliis Magd. pro *confirmarunt coss.* Gorl. etiam: *confirmauit.* Consul est Paullus, qui reliquorum nomine promittit, decretas hoc anno supplicationes celebratum iri demum insequenti.

§. 2. *ei :* Curioni. *spem — habere :* bene Cortius: „se non sperare futuras istas supplicationes.“ cf. ad diu. XIII. 50. *diutius dict.* et sic longa oratione diem consumturum, vt res confici non posset. *numeraretur* sc. senatus, numerus sententiarum iniretur. Hostes tum numerari non potuisse, apparet. Plerosque intellexerat Hirrus numerum caesorum non sat magnum iudicare. Hoc si vrgere voluisset, quod visus erat facturus fuisse, supplicationem impediuisset. Extitisset duplex deliberatio: *a)* an iustus caesorum hostium numerus: *b)* an etiam in iusto numero suppl. decernenda. v. Manut. ad diu. I. 2. ibique Asconii et Festi verba.

§. 3.

§. 2. Initio melius ita scriptum esset: *Plane est, qu.* etc. *respondit ei :* cui? Curioni sane. Verumtamen durum, hunc non nominari.

bus ageretur, et posset rem impedire, si, vt numeraretur,
postularet; tacuit. tantum Catoni assensus est, qui et
3 locutus honorifice, non decrerat supplicationes. Ter-
tius ad hos Fauonius accessit. Quare, pro cuiusque na-
tura et instituto, gratiae sunt agendae: his, quod tantam
voluntatem ostenderunt; pro sententia, cum impedire pos-
sent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de suarum
actionum cursu tua caussa deflexit. Nam Furnius et Len-
tulus, vt debuerunt, quasi eorum res esset, vna nobis-
cum circumierunt et laborarunt. Balbi quoque Cornelii
operam et sedulitatem laudare possum. nam cum Curio-
ne vehementer locutus est, et eum, si aliter fecisset, in-
iuriam Caesari facturum dixit; tum eius fidem in suspicio-
4 nem adduxit. Decrerant quidem, qui neque transigi
volebant Domitii, Scipiones: quibus hac re ad intercessio-
nem euocandam interpellantibus, venustissime Curio re-
spondit, se eo libentius non intercedere, quod quosdam,
5 qui decernerent, videret confici nolle. Quod ad rem-
publicam attinet, in vnam caussam omnis contentio con-
iecta est, de prouinciis: in quam adhuc incubuisse cum
senatu Pompeius videtur, vt Caesar id. Nouemb. decedat:
Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. ce-
teras suas abiecit actiones. Nostri porro, quos tu bene
nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent.
5 Scena rei totius haec: Pompeius, tamquam Caesarem non
impu-

§. 3: *tant. volunt.* tantam beneuolentiam. ratio subiicitur ab auctore.

§. 4. *interpellantibus*: contradicentibus Balbo. totus locus est clarus: et apparet venustas in dicto Curionis. *venustiss.* sehr fein. *quosdam*: Domitios, Scipiones.

impugnet, ſed, quod illi aequum putet, conſtituat, ait,
Curionem quaerere diſcordias. Valde autem non vult, et
plane timet, Caeſarem conſulem deſignatum prius, quam
exercitum et prouinciam tradiderit. Accipitur ſatis male
a Curione: et totus eius ſecundus conſulatus exagitatur.
Hoc tibi dico: ſi omnibus rebus prement Curionem; Caeſar
defendetur. intercefforem ſi, (quod videntur,) refor-
midarint; Caeſar, quoad volet, manebit. Quam quis- 7
que ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum vrbana-
rum. ex quo tu, quae digna ſunt, ſelige: multa tranſi;
in primis ludorum exploſiones, et funerum, et ineptia-
rum ceterarum. Plura habet ſutilia. Denique malo in
hanc

§. 6. * *conſ. deſignatum.* Hanc Benedicti lectionem confirmat Magd. In Gorl. eſt ita ſcriptum: *cons. deſign. exagitatur*, quia ipſe Caeſari alterum imperii quinquennium addiderat: qua in re ſibi iam repugnat, quod ante diem eum reuocare vult. *fun. — cet.* hos genitiuos ſtructura, non ſenſu cohaerentes cum *expl.* honeſto zeugmatis nomine excuſant.

§. 7. * *futilia:* hoc e coniectura neceſſaria poſuimus pro *vtilia.* nam omnino abſonum eſt, viro conſulari, quaſi puero praetextato, vtilitatis cauſſa commendari rerum vrbanarum commentarium, in quo digniſſima notatu etiam deſiderentur. cf. ep. I. §. 4. et quis credat, hic rurſus de rebus cognitu dignioribus dici, cum iam dictum ſit: *ex q. — ſelige?*

§. 8.

§. 6. Quis illa probet: *Si omn. — manebit?* Ponere voluit auctor, quod facile apparet, e duobus incommodis alterutrum neceſſarium: et tamen, quod vix credas, vel idem bis dixit, vel ita obſcure et ambigue prius *Caeſar def.* enunciauit, vt diſiuncta non apparerent. Hoc eo ingratius eſt, quod, neſcio quid expectantes magni ob verba: *hoc tibi dico,* deſtituimur. Quoniam in priori *Caeſ. def.* ſignificatur, rem ad arma venturam, mali ominis auertendi cauſſa alius, opinor, haec verba omiſiſſet, vt in ſimili loco factum putamus a Coelio ep. XIII. §. 3. Apoſiopeſin item ſtatuimus ep. V. §. 7. vbi multo minus neceſſaria eſt, quam hoc loco.

hanc partem errare, vt, quae non desideras, audias, quam quidquam, quod opus est, praetermittatur. Tibi curae
3 fuisse de Sittiano negotio, gaudeo. Sed, quum suspicaris, minus certa fide eos tibi visos, tamquam procurator, sic agas, rogo.

M. COELII EPIST. XII.

(ad diu. VIII. 12.)

Queritur de Appii censoris ingrato animo et iniuriis, quem, cum comperisset id moliri, vt accusatores sibi apponeret, et ipsum postulauerit lege Scatinia.

COELIVS CICERONI S.

Pudet me tibi confiteri et queri de Appii, hominis ingratissimi, iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, coepit: et cum homo auarus, vt ea solue-

§. 8. * In extremis: *Sed qu.* etc. quaedam excidisse puto, et reliqua casu in sensum tolerabilem iuncta. nam 1) Ern. „quomodo *susp.* consentit cum *tibi visos?* haec non suspicio iam est, sed iudicium.“ 2) quo referemus *eos?* apparet quidem, intelligi, quibus e syngrapha numerari voluerat Coelius: sed non apparet, cur non nominarit. 3) In omnibus msf. qui ad hunc diem collati sunt, excepto vno, pro *agas* legitur *agros.* *tanq. procur.* vt non e mandato meo iis credas, sed, pro fide tua, alios substituas.

In hoc praecipuo, et fere vno argumento auctor hactenus bene versatus est, quod caussam iniuriarum conatusque Appii plene, ordine, et dilucide satis exposuit, vt tam narrationem, quam eius aduersus Appium agendi rationem laudare debeamus. Nec minus prudentia probanda, quod valde verosimile reddidit, se tam turpi crimine (*lege Scatinia*) per calumniam accusari.

§ 1. *Pudet.* melius: *suppudet* vel

ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum
mihi indixit; ita occultum tamen, vt multi mihi renuncia-
rent, et ipſe facile animaduerterem, male eum de me
cogitare. Poſteaquam vero comperi, eum collegium ten- 2
taſſe, deinde aperte cum quibusdam locutum: cum L. Do-
mitio, vt nunc eſt, mihi inimiciſſimo homine, delibera-
re; velle hoc munuſculum deferre Cn. Pompeio: ipſum
reprehenderem, et ab eo deprecarer iniuriam, quem vi-
tam mihi debere putaram, impetrare a me non potui.
Quid ergo eſt? Tamen [quidem] aliquot amicis, qui 3
teſtes erant meorum in illum meritorum, locutus ſum.
Poſteaquam illum, ne, quoi ſatisfaceret quidem, me di-
gnum habere ſenſi; malui collegae eius homini alieniſſimo
mihi, et propter amicitiam tuam non aequiſſimo, me ob-
ligare, quam illius ſimiae vultum ſubire. Id poſtquam 4
reſciit, incanduit, et me cauſſam inimicitiarum quaerere
cla-

§. 2. *collegium* augurum, quorum erat Appius. Sic melius, quam de *vno* collega Cenſore, Piſone, intelligas. Nec ſequitur *cum aliis quibusdam;* ſed ſimpliciter *cum quibusdam:* et *tentauit* primo, deinde *aperte loc. eſt. munuſc. — Pomp.* gratum ei in me accuſando facere. *reprehend.* reuocarem, deterrerem.

§. 3. *Quid ergo eſt?* Mihi videtur haec formula adhiberi, vbi poſt diſputationem longiorem certi quid et notabile, (*das Reſultat* vt plurimum,) ponitur. Obſeruaui haec loca: Cic. pro Quinct. c. 2, 3, 30. Roſc. Comoed. c. 5. ad diu. IX. 15. Planci ep. X. §. 3. Vatin. ep. II. §. 4. Plane ita Paullus 1. Cor. 14. v. 15. τί οὖν ἐστί; * *quidem* abeſt a Gorl. et Magd. *aliqu. — loc. ſum*, vt eum mouerent, ſuſpicione mea ad eum delata, vt ſe mihi purgaret, et amicum profiteretur.

§. 4.

vel *paene pudet.* is, quem plane et vere pudet, tacet potius. *odiſſe coepit* coniunctim poſitum melius ſententiam clauderet. *beneficia ſolvere* pro *reddere pecunias creditas* inuſitatum. *male — cogitare.* melius haec abſint.

clamitauit, vt, ſi mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet, per
hanc ſpeciem ſimultatis eum conſectarer. Poſtea non
deſtitit arceſſere Polam Seruium, accuſatorem, inire
cum Domitio conſilia. quibus cum parum procederet,
vt vlla lege mihi ponerent accuſatorem, compellari ea
lege me voluerunt, qua dicere non poterant. inſolen-
tiſſimi homines, ſummis Circenſibus ludis meis, poſtulan-
5 dum me lege Scatinia curant. Vix hoc erat Pola elocu-
tus, cum ego Appium cenſorem eadem lege poſtulaui.
Quod melius caderet, nihil vidi. nam ſic eſt a populo
et non infimo quoque approbatum, vt maiorem Appio
dolorem fama, quam poſtulatio, attulerit. Praeterea
coepi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere.

Conturbat me mora ſerui huius, qui tibi litteras attu-
lit. nam acceptis prioribus litteris, amplius quadraginta
man-

§. 4. *per h. — conſectarer:* ſub hoc tantum praetextu, ſ. hoc nomine, eum inſectari viderer. Nexus hoc vult. Volebat Appius homines putare, ſe nihil Coelio debere, illum tantum ſimultatem agere velle. *qua d. n. poterant.* Ern. „qua lege, ſi rei fierent, ipſi non poſſent ſe defendere.“ recte; ſi his Erneſtii verbis auctor vſus eſſet. Malim: *qua — dicere n. p.* ſcilicet vt diu fruſtra legem quaeſiuiſſe dicantur. Melius mihi non occurrit.

§. 5. *erat P. elocutus:* enuntiauerat, vt ego reſcire poſſem. *ſacellum — pet.* poſtulare in iure, vt id ſacellum populo redderet. nam populo omnia loca ſacra patere debebant

§. 6. * *me mora:* Magd. *ne ſit mora.* * *huius, qui:* fort. *has qui. diem* comitiorum, quibus optat augur fieri, nec magnam ſpem habet. * Fort. poſt *Domitio* verbum *comitiorum* excidit. Mire hic diſcrepant codd. vsque ad *quam primum,* nec ſanam lectionem dant

ex-

§. 5. *cenſorem* morum magiſtrum, qui non minus caſtitate, quam muneris ſui iure homines a turpi libidine abſterrere deberet. valde probanda emphaſis.

mansit. Quid tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse. exspecto valde, et quam primum videre cupio. A te peto, vt meas iniurias proinde doleas, vt me existimas et dolere et vlcisci tuas solere. Vale.

M. COELII EPIST. XIII.

(ad diu. VIII. 13.)

Gratulatur de affinitate Dolabellae, qui Ciceronis filiam duxerat. Narrat, de prouinciis ita actum esse, vt Caesaris absentis ratio haberetur.

COELIVS CICERONI S.

Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. nam hoc ego de illo existimo. Cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum vtilis fuit, et aetate iam sunt decussa, et consuetudine atque auctoritate tua: pudore Tulliae, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. Non est enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius sit, in-

exspecto v. sc. diem.

---

§. 1. *quibus — fuit:* Manut. ex II. 15. ad diu. (cf. Coelii ep. VI) ad solam Appii accusationem refert. assentitur Graeuius. sed magis, opinor, pertinet ad luxuriam et libidinem. Cicero ei Phil. XI. 1. tribuit *impurissimam naturam*, et *turpissimam vitam*. Ea vitia h. l. respici, singula fere verba ostendunt. * *et aetate* etc. Cum in Pal. I. et Dresd. II. scriptum sit: *aetate iam s. decussa, vel detonsa et consu.* deleta particula *et*, reliqua probare possumus. Metaphora ducta videtur ab animalibus, quibus natura certo tempore pilos decutit.

q. max.

§. 6. *expecto:* imo *ego exp.* opponitur enim Domitio.

---

§. 1. Gratulatio est mediocris, sed consulto, vt videtur, ita scripta, et magna ex parte ironice.

O *optimi,*

intelligendum. Deinde, (quod maximum eſt,) ego
2 illum valde amo. Voles, Cicero, Curionem noſtrum lautum interceſſionis de prouinciis exitum habuiſſe. Nam cum de interceſſione referretur, quae relatio fiebat ex ſenatus conſulto, primaque M. Marcelli ſententia pronuntiata eſſet, qui agendum cum tribunis plebis cenſebat: fre-
3 quens ſenatus in alia omnia iit. Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, vt vix id, quod ſibi placeat, reperiat. Tranſierant illuc ratione eius habenda, qui neque exercitum neque prouincias traderet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum cognoſcat; quidnam reipublicae futurum ſit, ſi — aut non curet,

q. max. eſt. propter quod gratulari poſſim.

§. 2. *lautum:* (ironice,) infelicem. * *de interc.* Particulam *de* in nullo codice repertam ſeruandam tamen duximus. *quae rel. — conſulto:* vide ep. VIII. §. 15. *agend. — pleb.* vt interceſſionem illam tollerent.

§. 3. *ſtom. languenti,* moroſus, faſtidioſus. *ſibi,* Pompeio. *eius,* Caeſaris. * *ſi* — Hoc mihi integrum videtur. ad omen euitandum non addidit Coelius: *armis obſiſtat Caeſari.* Similis ἀποσιώπησις eſt ad diu. XIV. 3.

vos

optimi: aptius ad ingenium Dolabellae *acerrimi, fortiſſimi.* Sane in genere fortitudinis laus non ſpectatur: verius tamen afferri et cum illa ficta laude coniungi poterat. Sed, qui non ſerio laudant, probabilem laudem praetermittunt. *quod m. eſt.* nec per ſe hoc maximum eſt, nec ſtatim, tam multis praeſertim interpoſitis, apparet, quomodo ad gratulandum valeat. *ego — amo.* Hoc, vt ſerio dictum, valde friget, et inepte abruptum eſt. Verum ironia eſt manifeſta.

§. 3. Obſcura hic omnia. *Magni* cognomen ſi per ironiae ſpeciem opponitur *ſtomacho languenti*, non ſatis directa eſt oppoſitio. *cognoſcat;* imo *cognorit.* Si nuntius de Hortenſio nexum habet, quem in expl. diximus, dicendum erat: *Q. quidem Hortenſius.*

ret, vos fenes diuites videritis. Q. Hortenfius, cum has litteras fcripfi, animam agebat.

M. COELII EPIST. XIV.

(ad diu. VIII. 14.)

Domitii repulfam, et inde natam Saturnini accufationem narrat. De Pompeii et Caefaris difcordia fcribit, et quaedam de capeffendis alterutrius partibus difputat. Appii cenforis diligentiam ridet. Rurfus in fine affirmat, bellum reip. imminere.

COELIVS CICERONI S.

Tanti non fuit Arfacen capere, et Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quae hic geftae funt, fpectaculo careres. numquam tibi oculi doluiffent, fi in repulfa Do-

vos f. d. qui debetis confilio, auctoritate, fortunis veftris reip. fuccurrere. *Senex* Cicero ferio dicitur, *diues* ioco, propterea quod ftatim vere diues Hortenfius inducitur, idemque fenex morti proximus: quem ioco infelici ob metum impendentis calamitatis narrat ad mortem effe.

§. 1. *tanti — carere;* tantam voluptatem tibi non attuliffet Parthorum regem et vrbem capere, vt prae illa earum etc. *numquam:* nequaquam. *perpauci — praeft.* nefcio quid difficultatis hic reperiunt. verba ita equidem dirimo: *perpauci neceff. fecuti funt, et off. pr.*

§. 3.

§. 1. Apte ad Ciceronis proconfulis perfonam et grauiter exprimitur voluptas, qua caruit, fed paullo grauius et magnificentius quam pro re. contra frigidum et humile: *nunq. — doluiffent* pro: certe iucundum fpectaculum habuiffent. Similis litotis per negationem eft ep. IV. §. 2. *ftudia e. p. fenfu:* idem dicatur, fed magis ex vfu linguae, fi inuertas: *fenfus ex partt. ftudiis.*

Domitii vultum vidiſſes. Magna illa comitia fuerunt,
et plane ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt: perpauci
2 neceſſitudinem ſecuti officium praeſtiterunt. Itaque mihi
eſt Domitius inimiciſſimus, vt ne familiarem quidem
ſuum quemquam tam oderit, quam me; atque eo magis,
quod per iniuriam ſibi putat ereptum, quoius ego auctor
3 fuerim. Nunc furit, tam gauiſos homines ſuum dolo-
rem, vnumque me mouet ſtudioſiorem Antonii. Nam
Cn. Saturninum adoleſcentem ipſe Cn. Domitius reum fe-
cit, ſane quam ſuperiore a vita inuidioſum. quod iudi-
cium non expectatione ineſt, ſed iam in bona ſpe poſt
4 Sex. Peducaei abſolutionem. De ſumma republica ſaepe
tibi ſcripſi, me annum pacem non videre: et quo propi-
vs ea contentio, quam fieri neceſſe eſt, accedit, eo cla-
rius id periculum apparet propoſitum: [hoc eſt, de quo
qui

§. 3. * *me mouet.* Iunxi haec verba, quorum alterutrum tantum ponunt. Sic dicit auctor, ſe vnum dolere illius vicem. * *ſtud. Antonii.* Magd. cum plurimis: *antonianam.* vnde puto pro gloſſemate illo *Antonianum* ſcribi debere et deleri ſeq. *Nam.* Suſpicor poſt *Anton.* deſiderari quaedam verba, quibus Coelius narrarit, ſe aduerſarium aliquem Domitii reum feciſſe; quod iudicium in expectatione ſit. *Cn. Domitius* illius, Lucii, filius. *reum f.* ſine dubio de vi. vid. Cic. Philipp. II. 2. extr. * *ſed iam* poſui pro *etiam*, ne plura contra mſſ. mutanda eſſent.

§. 4. * *app. propoſitum.* ita diſtinguit Magd. cum aliis pro: *apparet. Prop.* etc. Quae autem vncis incluſi, ſpuria puto. E vulgata diſtinctione, et ſeruatis illis, auctorem hic loqui credas de re Ciceroni prorſus incognita, idque inepte et verboſe. Oſtendit etiam
qui

§. 2. *vt ne ſ.—me.* belle, ſed ſumma reip. perſpicue et ordine nimis fere odioſe dictum. De §. 4—7.

qui rerum potiuntur ſunt dimicaturi] quod Cn. Pompeius
conſtituit non pati C. Caeſarem conſulem aliter fieri, niſi
exercitum et prouincias tradiderit; Caeſari autem perſua-
ſum eſt, ſe ſaluum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit.
Fert illam tamen conditionem, vt ambo exercitus tradant. 5
Sic illi amores et inuidioſa coniunctio non ad occultam
recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erumpit. Neque
mearum rerum quid conſilii capiam reperio: quod non
dubito, quin te quoque haec deliberatio ſit perturbatura.
nam mihi cum hominibus his et gratia et neceſſitudo eſt:
tum cauſſam illam, non homines odi. Illud te non arbi- 6
tror fugere, quin homines in diſſenſione domeſtica debe-
ant, quamdiu ciuiliter ſine armis certetur, honeſtiorem
ſequi partem: vbi ad bellum et caſtra ventum ſit, firmio-
rem; et id melius ſtatuere, quod tutius ſit. In hac diſ- 7
cordia video, Cn. Pompeium, ſenatum, quique res iudi-
cant,

qui r. potiuntur, quod ioci ſpecies ab hoc loco abeſt: ſerio autem de Caeſaribus poſteriorum temporum recte dicatur, vel etiam de his a poſteriorum temporum ſcriptore.

§. 7. *qu. res iud.* iudices. nam a Pompeio lecti erant. *timore* iu-

§. 5. *Sic illi — erump.* perquam pulchrum epiphonema. nam ironia ſuaui, et exquiſitis verbis oſtenditur, quam nulla aut certe infida ſit ambitioſorum amicitia.

§. 6. *Illud — fugere:* inepte! quaſi hiſtoricum ſit. melius certe dixeris *dubitare* pro *fugere*. De re ipſa non multum attinet diſputare. Temere tamen iſta effudiſſe auctor videtur. Potuit ille quidem pro ſua ſententia hoc afferre, ſi bene exploratum habeas, vtra pars firmior ſit, fruſtra te ad honeſtiorem partem ire. Sed an non hoc idem in ciuili contentione pa cis tempore valet? Et quid tandem homini *exploratum* eſt? quam mutabiles hominum voluntates! quam incerti bellorum exitus! *ſine armis* Ern. pro gloſſa habet verbi *ciuiliter*. Sed, meo ſenſu, ſi tollas, aures repetent: etiam ambigua erit ſententia, neque ſatis concinna, quia opponuntur prioribus his ſequentia *bellum* et *caſtra*.

cant, fecum habiturum; ad Caefarem omnes, qui cum
timore aut mala fpe viuant, accelluros: exercitum confe-
rendum non effe omnino. modo fatis fpatii fit ad confi-
8 derandas vtriusque copias et eligendam partem. Pro-
pe oblitus fum, quod maxime fuit fcribendum. Scis Ap-
pium cenforem hic oflenta facere? de fignis et tabulis, de
agri modo, de aere alieno acerrime agere? Perfuafum
eft ei, cenfuram lomentum aut nitrum effe. errare mihi
videtur. nam fordes eluere vult; venas fibi omnes et
vifcera aperit. Curre, per deos atque homines, et quam
primum haec rifum veni: legis Scatiniae iudicium apud
Drufum fieri! Appium de tabulis et fignis agere! crede
9 mihi, eft properandum. Curio nofter fapienter id, quod
re-

iudiciorum et damnationis. *mala fpe*, propter aes alienum et rem fam. perditam. * *omnino. modo.* Particulam *modo* adicui ex Afc. cuius verba funt: *conferendum. i. comparandum omnino*, *cum longe melior fit Caefarianus; aut conferendum ad dimicandum. modo. i. dummodo fat.* etc. Sic prior fententia fit grauior, altera verior: et coniunctiuus *fit* habet vnde pendeat. Diftinctionem noftram habet et Magd. Facile *mo* poft fyllabam *no* neglectum fuit.

§. 8. *oflenta f.* incredibilia; vitia corrigere velle, quibus ipfe addictus fit. *de fign.* etc. vt luxum, auaritiam et profufionem coërceat. *perfuafum — aperit:* putat fe feueritate infamiam fuorum vitiorum tollere: fed ea maxime prodit. *lomento* explebant rugas: *nitro* eluebant maculas e veftibus.

§. 9.

§. 8. *Perfu. — aperit:* allegoria obfcurior, neque probanda, nifi forte a prouerbio ducta eft. Valde tamen vituperare non audeo, quia etiam probatiffimi fcriptores Britanni allegoricas argutias huius generis confectantur, idque in *fabulis*, *epiftolis* etc. noftrique valde et probant et imitantur.

remisit de stipendio Pompeii, fecisse existimatur. Ad summam, quaeris, quid putem futurum? Si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere discordias, quas ferrum et vis iudicabit. Vterque et animo et copiis est paratus. Si sine tuo periculo fieri posset, magnum et iucundum tibi fortuna spectaculum parabat.

M. COELII EPIST. XV.

(ad diu. VIII. 15.)

Pompeium vituperat: Caesarem eiusque milites laudat. Se perquam cupidum Ciceronis conueniendi et cum eo colloquendi ostendit: sed dolet, iter sibi ad Alpes faciendum esse.

COELIVS CICERONI S.

Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Ecquem autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem aut

§. 9. *remisit de st.* cessit; retractauit, quod intercessione prohibuerat, ne militibus Pompeii stipendia darentur. *iucundum spectaculum;* quia per illos duos maxime in exilium eiectus fuerat.

§. 1. *ineptiorem:* magis vanum ostentatorem. *turbas* nolim cum Manutio ad reipublicae perturbationem referre; sed ad eandem ostentationem, et magna molientis strepitum. Similiter dr. *tragoedias excitare:*

§. 9. *ad summam:* malim adiectum: *reip. vt redeam;* vel dictum: *vt illuc reuertar.*

Totius epistolae color hilaritatem praebet, quod in re tam misera, cum scripta haec sint ad hominem Pompeianarum partium, valde

aut legisti aut audisti? Quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis, teterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti
2 videntur? *Quid? iam*, inquis, *gloriose omnia?* Si scias, quam, quam sollicitus sum, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas. quae tibi exponere, nisi coram, non possum: idque celeriter fore spero. Nam me, cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad vrbem vocare: id quod iam existimo confectum; nisi si maluit Pompeius Brundisii circumsederi. Peream, si minima caussa est properandi isto mihi, quod te videre et omnia intima conferre discupio. habeo autem quam multa! Hui vereor, (quod solet fieri,) ne, cum te vi-
3 dero, omnia obliuiscar. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit? adeo quod Intimelii in armis sunt; neque de magna caussa.
Bel-

citare: et nostri item de glorioso promissore: *viel Lärmen machen.* * *commorit.* melius hoc, vt a familiari sermone, absit. *victoria*, de qua Caes. ep. II. * *Quid est?* Scribendum fortasse! *Quid? estne?* vt ep. III. §. 1. *ambulando:* sine vlla difficultate, ludibundi. *m. orb. pasti:* cibis optimis nutriti, et ob id robusti.

§. 2. *quae — pertinet.* videtur hoc dicere, se ab aliis impediri, quo minus fortitudinem suam ostendere possit. *p. si minima* etc. profecto maxima etc. * Asc. ita: *p. si min. caussa est. Properandum isto mihi:* quod mihi placet. Dicit ita Coelius, Caesarem nullam habere caussam sui Romam arcessendi, ob inuidiam id facere; sed tamen ob eam caussam sibi pr. quod etc.

§. 3.

valde inhumanum est, vt dici possit: ecquando tu hominem Coelio ineptiorem? Animi alacritas, quae illam hilaritatem spirat, argutias dedit alienas quidem a naturali orationis aequabiliter fluentis pulchritudine, sed in alia caussa et persona non repudiandas. Vid. v. g. Q. Cic. ep. II.

Bellienus verna Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, Domitium quendam nobilem illi Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis, comprehendit et strangulauit. ciuitas ad arma iit. eo nunc quatuor cohortibus mihi per niues eundum est. Vsquequaque, inquis, se 4
Domitii male dant. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum Psecade natus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D.

M. COELII EPIST. XVI.

(Att. X. 9.)

Pulso ex Italia Pompeio suadet Ciceroni, ne victas eius partes sequatur, sed maneat saltem, dum sciatur, quid de Hispaniis factum sit; aut se in aliquod oppidum vacuum a bello recipiat.

COELIVS CICERONI S.

Exanimatus tuis litteris, quibus te non nihil triste cogitare ostendisti; neque, id quid esset, perscripsisti; neque

§. 3. *illi:* illic.

§. 4. *Venere pr.* Caesar. *vestro* Pompeiano, Domitio ad Corfinium capto, et conseruato. * *Psecade natus* est ex elegantissima Pantagathi coniectura, pro quo mss. fere omnes: *ipse cadenatus.*

§. 1. * *nihil nisi:* ex his particulis videtur Cicero plenus moerore melancholico vim sibi inferre voluisse, aut *plura* certe consilia agitasse, eaque

§. 3. *neque m. de c.* melius: *atque m. de c.* Sic ironia exsisteret reliquae epistolae conueniens.

§. 4. *Vsquequaque, inquis* etc. Inuito Ciceroni hoc obtruditur, quod melius e sua persona Coelius dixerit. Aptius ita: *Vsqu. inquis, in bello patientem et strenuum esse decet. Recte; sed usqu. Domitii* etc.

In hac epistola ita sui dissimilis est auctor, vt fere alius Coelius videa-

neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti;
2 has ad te illico litteras ſcripſi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro et obſecro, ne quid grauius de ſalute et incolumitate tua conſulas. Nam deos hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me tibi praedixiſſe, neque temere monuiſſe; ſed poſtquam Caeſarem conuenerim, ſententiamque eius, qualis futura eſſet, parta victoria,
3 cognorim, te certiorem feciſſe. Si exiſtimas, eandem rationem fore Caeſaris in dimittendis aduerſariis, et conditionibus ferendis, erras. Nihil niſi atrox et ſaeuum cogitat, atque etiam loquitur. iratus ſenatui exiit: his inter-

eaque omnia in ſuam perniciem. Sed *vnum* eſt conſilium *transeundi ad Pompeianas partes:* et Cicero ad diu. II. 16. reſpondet de vno: *quod eſt — conſilium?* Reſcribendum ergo e codd. Helmſt. et Balliol. *non nihil*, quod feci. Cf. etiam §. 7.

§. 2. * *me tibi praedix.* ante *tibi* ad diu. VIII. 16. inepte plerique codd. inculcant *neque temere*, quae a Magd. abſunt.

§. 3. *eand. — Caeſari:* eum aeque facilem et mitem fore. *dimitt. aduerſ.* v. Caeſaris ep. II. *exiit* ex vrbe, in Hiſpanias ſine mora pro-

videatur, et plane oratorem agnoſcas Ciceronis aetate dignum. Grauiſſimo verbo *exanimatus*, quod primum ponit, ſummum exprimit terrorem, facitque, vt ex animo ſcripſiſſe, non ſtudio excogitaſſe ea putetur, quibus Ciceronem a propoſito deterrere vult. Ita quodammodo oratio fit probabilis, ante quam ad rem veniatur. Res autem vertitur tribus argumentis. 1) *Atrox et ſaeuus erit Caeſar in conditionibus ferendis.* Hoc quomodo ad cauſſam pertineat, non obſcurum quidem eſt, clarius tamen enuntiauit auctor, quam nos §pho 3 legimus; quod oratio conciſa et male cohaerentibus ſententiis ſubſultans facile declarat. 2) *Te ad Pompeianos profecto, nos Caeſaris cauſſam odiſſe aut relinquere, aut impiam c. — habere cogemur.* 3) *Nunc te — ſtult. eſt.* Prior huius argumenti ſententia (§pho 5. init.) et obſcura et inconcinna eſt. Malim ita dictum: *Den. ill. c. fortaſſe prudentis fuiſſe, cum dubia eſſet fortuna, eum non laedere, quem vinci tamen volueris; ad eos non accedere, quos victores fore non ſperaueris: nunc vero te contra — nolueris.* Verba: *ſummae ſt. eſt* neque prudenter neque humaniter ad-

intercessionibus plane incitatus est: non, mehercule, erit
deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si 4
domus, si spes tuae reliquae tibi carae sunt; si aliquid
apud te nos, si vir optimus, gener tuus, valemus: eorum
fortunas non debes velle conturbare; vt eam caussam, in
quoius victoria salus nostra est, odisse aut relinquere co-
gamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam ha-
beamus. Denique illud cogita, quod offensae fuerit in 5
ista cunctatione, te subiisse. nunc te contra victorem
facere, quem dubiis rebus laedere noluisti, et ad eos fu-
gatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summae
stultitiae est. Vide, ne, dum pudet te parum optima-
tem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas.
Quod si totum tibi persuadere non possum; saltem, dum, 6
quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: quas tibi
nun-

profecturus. *intercessionibus* L. Metelli, tribuni pl. qui actionibus Caesaris, maxime de pecunia ex aerario ipsi danda, intercesserat. * Sed de verbis *iratus — locus* etsi satis claris, minusque corruptis, similiter tamen statuendum videtur, ac de ep. IX. §. 2.

§. 5. *quod off. — subiisse;* interpretantur ita: quidquid *iniuriae* committi potuerit in Pompeium, iam sola cunctatione commissum esse. Sed malim *offensam* de leuiore vel *calamitate* vel *errore* accipere. Sic sententia melius sequentibus praemittitur, et facilius in vnum argumentum, quod videtur fieri debere, cogitur.

§. 7.

addita: orationem etiam deteriorem faciunt; etsi inhumaniter dicta magis nostris videantur. Romanorum enim grauitas in summa etiam vrbanitate candorem quendam seruabat, quem non natura, sed nostra aetas iusto mollior respuit. Reliqua breuitatis studio mittimus.

Ceterum vtile erit Caesaris epistolam VI. cum hac Coelii comparare. Nobis haec quidem diligentius et magis oratorie scripta, sed illa tamen naturali habitu epistolae magis decora, nec minus grauis ad commouendum videtur. Inferior vtraque est Dolabellae epistola.

nuntio aduentu Caefaris fore noftras. Quam ifti fpem habeant, amiffis Hifpaniis, nefcio. quod porro tuum confilium fit, ad defperatos accedere, non medius fidius
7 reperio. Hoc, quod tu, non dicendo, mihi fignificafti, Caefar audierat: ac fimul atque HAVE mihi dixit, ftatim quid de te audiffet, expofuit. negaui me fcire; fed tamen ab eo petii, vt ad te litteras mitteret, quibus maxime ad remanendum commoueri poffes. Me fecum in Hifpaniam ducit. nam nifi ita faceret, ego prius, quam ad vrbem accederem, vbicunque effes, ad te percurriffem, et hoc a te praefens contendiffem, atque omni vi te retinu-
8 iffem. Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuosque omnes funditus euertas; nec te fciens prudensque eo demittas, vnde exitum vides nullum effe. Quodfi te aut voces optimatium commouent, aut nonnullorum hominum infolentiam et iactationem ferre non potes: eligas, cenfeo, aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur, quae iam erunt confecta. Id fi feceris, et ego te fapienter feciffe iudicabo, et Caefarem non offendes.

M. COE-

§. 7. *litteras mitteret*, quod fecit. v. Caef. ep. VI.

§. 8. * *quae iam er.* malim *q. iam iam er.* quia aliquid temporis expectandum putat auctor. Codices librorum ad diu. VIII. 16. corrupti a *con* ftatim ad *feceris* tranfeunt. Graeuius, quafi in codices iurauerit, vtrobique alium textum dedit, ac ne addidit quidem, vtra fcriptura verior videretur.

M. COELII EPIST. XVII.

(ad diu. VIII. 17.)

Indignatur, se Caesarianum factum, eamque ob rem Curionem et Ciceronem incusat. Per hunc Pompeianos excitat; et suam opem victoriamque promittit.

COELIVS CICERONI S.

Ergo me potius in Hispania fuisse tum, quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium? Quod vtinam (aut Appius Claudius — in ista parte) C. Curio! quoius amicitia me paullatim in hanc perditam caussam imposuit.

* Foede deprauata, et quibusdam in locis fere ad nihilum redacta epistola. Vbi manifesta lacuna est, posui lineolam transuersam. Neque tamen dubito, quin pluribus locis nonnulla desint.

§. 1. * *Ergo — Form.* pro his in Magd. legitur: *Ego me potius proficisci in Hispaniam fuisset nunquam fortunas esse a me.* Similia monstra in aliis comparent. *quod vtinam* etc. Bengelius: „Aposiopesis cum imprecatione: *vtinam* nullus fuisset *C. Curio!* sed interiecta correctione, qua id malum inimici potius capiti, quam amici esse cupit." Valde ingeniosa et probabilis interpretatio. Neque tamen adducor, vt nihil desiderari credam. Dixerat fortasse Coelius: vtinam

Vix suspicari, nedum existimare licet de huius epistolae reliquiis. Dixit auctor, quantum coniecimus, vnam Pompeianis, neque incertam spem esse victoriae, vt ad vrbem ipsam accederent, neque in Graecia praelium committendum exspectarent. Cum in eo caput epistolae fuerit, quis neget, hanc caussam non ieiune, sed plane non actam esse?

Ceterum ne quid inde discere velis, §. 1. *imponere in caussam* nemo Romanus dixerit. Depravatum hoc est, aut ad alia omissa pertinuit.

fuit. nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore
2 ablatam. Tu, tu porro, cum ad te proficiscens noctu Ariminum venissem, dum mihi pacis mandata das ad Caesarem, et mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti,
3 neque mihi consuluisti. Neque haec dico, quod diffidam huic caussae; sed, crede mihi, perire satius est, quam hos videre. Quodsi timor vestrae crudelitatis non esset, eiecti iam pridem hinc essemus. nam hic nunc, praeter foeneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, vt maxime plebs,
4 et, qui antea noster fuit populus, vester esset. Cur hoc, inquis? immo reliqua exspecta. vos inuitos vincere coëgero. Irritaui in me Catonem. Vos dormitis; nec haec ad-

vtinam App. Claudius in hac, in ista parte C. Curio fuisset! *iracundia* in illum, quippe Pompeianum. *amore* in hunc, Curionem, Caesarianum.

§. 2. * *mihi consuluisti:* *τὸ mihi* abest a Gorl. in reliquis eius loco est *me* ortum, opinor, ex compendio *m̄*.

§. 3. *hos:* insolentes quosdam Caesarianos. *Qu. si — esset:* nisi timeremus, ne vos etiam transeuntes nos pro hostibus haberetis, cum etiam, qui domi manserunt, eo loco habeantur. *eiecti essemus:* euolassemus, cupide discessissemus. *qui — pop.* quae pars populi.

§. 4. * *reliqua.* Sic Magd. Reliqui fere dant: *reliquias.* * *irritaui — Cat.* est vetus paucorum codd. lectio. Hubert. Cler. et Asc. *Coruncanum me C.* Plurimi et optimi: *Arruntanum me C.* Ex illo coniicere facile possis: *irrita vis in me Catonem*, h. e. Violentia me non deterret a proposito; et ego alter Cato sum tam constantia, quam inimicitiis in Caesarem. Alterum ex Graecis fingi potest deprauatum: *Ἆρ' οὐ μοι τὰ ἄνω καὶ κάτω; nam vos* etc. vt omnia Coelius se solum dicat circumspicere. v. Erasmi Chil. in *sursum ac deorsum.* Sed hoc, vt audacissimum, abiicio. Illud

adhuc mihi videmini intelligere, qua nos pateamus, et qua ſimus imbecilli. — Atque hoc nullius praemii ſpe faciam; ſed, quod apud me plurimum ſolet valere, doloris atque indignitatis cauſſa. Quid iſtic facitis? praelium exſpectatis? — quod firmiſſimum eſt. Veſtras copias non noui. noſtri valde depugnare et facile algere et eſurire conſueuerunt. —

M'. CV-

Illud vero, ſi quid certi ſtatuendum eſſet, tenere mallem. Denique placet mihi Victorii iudicium: iaceant hi loci —. *doloris atque ind.* nam vrbana iurisdictio a Caeſare Coelio praetori negata, et Trebonio demandata fuerat.

§. 4. *Atque — faciam:* quid? vt vincere cogam? nimis ſero hoc affertur.

§. 5. *qu. firm. eſt.* hoc, quocunque referas, claudicat. Extrema ſententia cauſſae obeſt, vt extrema praeſertim. Sed non dubito, quin vel meliori loco poſita, vel aliis, quae interciderint, praemiſſa fuerit.

M'. CVRII EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Manius Curius et aliis locis a Cicerone cum laude nominatur, et praecipue ad diu. XIII. 17. et Att. VII. 2. quibus in epistolis eius probitatem et humanitatem, maximeque vrbanitatem singularem commendat. Haec ipsa vrbanitatis laus etsi non testatur, bonum scriptorem fuisse, tamen sensum aliquem elegantiae simul indicat, qui a bono scriptore seiunctus esse non potest. Mouet autem nos haec qualiscunque epistola, et Attici Ciceronisque familiaritas, vt credamus, hominem ex lepore Attico tantum habuisse, vt non solum in hominum conuictu commode et humaniter se gerere, sed etiam apte et suauiter, si non vt orator, at certe vt negotiator, scribere aliquid sciret.

(ad diu. VII. 29.)

Laudat Ciceronis erga se beneficia, eumque rogat, vt successori Ser. Sulpicii se commendet.

CVRIVS M. CICERONI SVO S.

Si vales, bene est. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipium illius: quod quidem si inter senes coëmtionales venale proscripserit, egerit non multum. At illa nostra praedi- a
catio

§. 1. *enim* refertur ad SVO. * *coëmtionales:* hoc verbum male, et varie quidem, deprauatum est in codd. vt Magd. *compercionale.*

§. 2. *At illa* etc. v. anal. *quod simus;* viuamus, vt ad diu. VII. 30. Hoc verbo Curius vel eo respicit, quod in caussa capitis a Cicerone defensus fuerat; (vocat enim *patronum* suum) vel eo, quod in consulatu foeneratores periculo exemerat. ad diu. V. 6. Apte ad vtrum-

Non optimae notae, neque tamen prorsus spernenda epistola. Apparet, eius vnum consilium in eo esse, vt Cicero ad suscipiendam illam commendationem adducatur. Hanc in rem *a*) dicit, se Ciceronis vsu et fructu proprium, vt eo lubentius et ipse se illi proprium addicat, et gratificetur: *b*) laudibus eum et praedicatione illius in se meritorum allicere conatur: *c*) ostendit, se per illam commendationem eius voluntati parere, et domum ad ver redire posse. Bene: sed paullo vberius ista dicta malis. Verum in talibus caussis res et mos nihil, nisi epistolam desiderat, longiorem orationem respuit.

§. 1. Formula: SI V. B. E. commodius ob seq. *enim* abesset. Quod Attici se *mancipio et nexu* proprium dicit, non apparet, cur id faciat. ad caussam proprie non pertinet. Sed huic suspicor apte iunctam fuisse sententiam, ex qua appareret, cur Attici proprius esset. Dicere certe debuit auctor ioco aliquo vrbano, minora esse Attici in se merita. Sic recte subiicitur: *at illa* etc. *qu. quidem — n. multum:* non satis explorata est huius loci lectio et sententia. Cicero non videtur acutam aut festivam iudicasse, qui ad eam (VII. 30) ne verbo quidem respondet.

§. 2. Valde vrbanum esset, si Curius vsum et fructum sui in eo po-

catio quanti eſt; nos, quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur, id omne abs te habere!
3 Quare, Cicero mi, perſeuera conſtanter nos conſeruare, et Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis praeceptis obtemperare poſſimus, teque ad ver lubentes videre, et noſtra refigere de-
4 portareque tuto poſſimus. Sed, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum errare, et putare, me virum bonum eſſe, nec ſolere duo parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale, Tironemque meum ſaluta noſtris verbis. Dat. a. d. IV. Kal. Nouemb.

P. DO-

vtrumque ſequitur *perſeuera conſeruare.* *habeamus*, bona noſtra poſſideamus. *hom. exiſtim.* humanitatis et vrbanitatis laudem habeamus: quae ſine dubio innotuerat ex illa defenſione Curii, in qua Cicero de praecipua eius laude certe non tacuit.

§. 3. *ſucceſſori:* qui quis foret, nondum norat Curius. Acilium autem ſucceſſiſſe ſcribit Cicero ad diu. VII. 30. * *refigere.* hanc Lambini correctionem pro vulgato *defigere* comprobauit Ern. Librarii ſaepius hoc modo hallucinati ſunt, vt modo terminationem ſequerentur vicinorum verborum, modo aliam ſimilitudinem, ad quam verba inepte componerent et deprauarent. Hic propter ſeq. *deport.* finxerunt *defigere.*

§. 4. * *ſine — putare.* pro his Magd. *ſi eum errare non vis et butare.* *duo — dealb.* quaſi fraudulentus faber, qui vna impenſa duplicem mercedem captet. Senſus huius prouerbii non obſcurus eſt. * *bene:* in Gorl. eſt *bone.*

poſuiſſet, quod Cicero de ſe, non ipſe de Cicerone, bene mereretur: quod non videtur dicere voluiſſe. Cicero certe ad tam bellam calumniam aliquid dignum ingenio ſuo reſpondiſſet.

§. 4. Simplex oratio huius ſphi cum feſtiuo lepore coniuncta valde delectat, et plane ineſt in ea, quam Franco-Galli dicunt *naïveté.*

P. DOLABELLAE
EPISTOLA.

Coniectura

de eius ingenio et oratione.

P. *) Corn. Dolabella, indignus Cicerone socero gener, (v. ad Coelii ep. XIII.) etiam eloquentiae operam dederat. Sed animus eius illiberalis et asper culturae impatientior videtur fuisse. Declamauit apud Ciceronem, (ad diu. VII. 33.) qui ioco eum *magistrum* vocat ad diu. IX. 7. Att. XIII. 47. Qui iocus hanc vim habet, vt intelligamus, cum Ciceronis disciplina non ea, qua deberet, verecundia vsum esse, sed sua adamasse, adeoque in Ciceronis oratione quaedam vituperasse. Addimus in hanc sententiam aliud. Vberior esset laus, quam ei Cicero, non parcus aut inuidus in aliis laudator, ad diu. IX. 14 extr. tribuit, et magis proprie ad dicendi virtutes spectaret, si vel modicam meruisset. Eius epistolam consideranti videbitur caruisse nervis, abundasse verbis, atque ita abundasse, vt orationis copia rem magis obscuraret, quam dilucidam redderet.

(Ad

*) *Publii* non *Cneii* praenomen habuisse, Bayle in Dict. Crit. sub nomine *Dolabella* statuit. Et sic ap. Ciceronem Ern. edidit passim, vt ad diu. IX. 10. Phil. XI. 12. ad Brut. I. 11. etsi in Claue *Cneium* appellat.

(Ad diu. IX. 9.)

Suadet Ciceroni, vt vel ad Caesaris partes transeat, vel se referat in otium.

DOLABELLA S. D. CICERONI.

Si vales; gaudeo: et ipse valeo, et Tullia nostra recte valet. Terentia minus belle habuit: sed certum scio, iam conualuisse eam. praeterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire, partium caussa potius, quam tua, tibi suadere, vt te aut cum Caesare nobiscumque coniungeres, aut certe in otium referres: praecipue nunc, iam inclinata victoria, ne

§. 1. * *Si v. — valet.* Pro verbis expressis habent alii has notas: S. V. G. V. Asc. ante *valeo* ponit *equidem.* Idem post *Tullia n.* addit *et Cicero*: Magdeb. autem: *et Cicero recte.* Sed tum omnes Cicerones videntur apud Pompeium in Graecia fuisse.

§. 2.

Caussam suam ita agit, vt dicat, *a*) generi consilium numquam suspectum esse debuisse; multo minus nunc, oppresso iam fere Pompeio. §. 2 et 3. *b*) satisfecisse iam Ciceronem officio suo ex omni parte, vt dici non possit, perfide egisse. §. 4. *c*) eum a Caesare facile impetraturum, vt dignitatem suam obtineat; suas tamen preces non minimum auctoritatis apud eum habituras. §. 6. Materia modice congesta, sed exquisito iudicio non tractata est. Animus quidem pietate plenus non apparet: et multo studiosius, magisque ex animo laborare videtur Coelius ep. XVI. §. 2 et 4. Debebat ergo Dolabella vel §pho 2 vel post §. 4. Tulliam et reliquam Ciceronis domum inducere, et clarius multo piam animi affectionem ostendere.

§. 2. *praecipue — non possum.* haec valde verbosa sunt. Breuius ita: *nunc, si idem suadeo, non poteris non pietatem meam cognoscere. et cogitata et scr.* prius *et* melius abesset. Sententiam ipsam breuius et paullo etiam melius extulit Balbus ep. II. §. 1. extr. In fine huius §. adiectum malis tale quid: *Suadere tamen aut petere etiam mihi liceat.*

ne poſſum quidem in vllam aliam incidere opinionem, niſi in eam, in qua ſcilicet tibi ſuadere videar, quod pie tacere non poſſum. Tu autem, mi Cicero, ſic haec accipies, vt, ſiue probabuntur tibi, ſiue non probabuntur, ab optimo certe animo ac deditiſſimo tibi et cogitata et ſcripta eſſe iudices. Animaduertis, Cn. Pompeium nec 3
nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria, neque etiam regum ac nationum clientelis, quas oſtentare crebro ſolebat, eſſe tutum: et hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non poſſe contingere, vt honeſte effugere poſſit, pulſo Italia, amiſſis Hiſpaniis, capto exercitu veterano, circumuallato nunc denique; quod neſcio an vlli umquam noſtro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. ſic enim faciliime, quod tibi vtiliſſimum erit, conſilii capies. Illud autem te peto, vt, ſi iam ille euitauerit 4
hoc periculum, et ſe abdiderit in claſſem, tu tuis rebus conſulas; et aliquando tibi potius, quam cuiuis, ſis amicus.

§. 2. *opinionem:* paſſiue accipiendum.

§. 3. Quia *nomen* et *res geſtae* diſtinguuntur, *nomen* hic proprie accipiendum, vt ad *Magni* cognomen referatur; et *gloria* debet eſſe *iactatio*, *gloriatio*, vt Coel. ep. XV. §. 2. Conuenit hoc cum ſeqq. q. *oſtentare cr. ſ. infimo c.* e ſuo exercitu. * *contigit:* Magd. *contingit*, quod melius eſt, niſi malis *contigerit*. *honeſte:* cum ſpe eluendae maculae; vel, vt calamitatis ſuae culpam non ſuſtineat. *circumuallato* ipſo Pompeio ad Dyrrhachium. * *vlli:* Ern. correxit *nulli*. Illud defenditur a Schellero in animadu. ad vett. ſcriptores; et eſt in Gorl. et Magd.

§. 7.

§. 4. Optime hic omnia: inſolentius tamen *te peto* pro *a t. p.*

cus. Satisfactum est iam a te vel officio, vel familiari-
tati; satisfactum etiam partibus et ei reipublicae, quam tu
probabas. reliquum est, vbi nunc est respublica, ibi
simus potius, quam, dum illam veterem sequamur, simus
5 in nulla. Quare velim, mi iucundissime Cicero, si forte
Pompeius pulsus his quoque locis rursus alias regiones
petere cogatur, vt tu te vel Athenas, vel in quamuis quie-
tam recipias ciuitatem. Quod si eris facturus, velim mihi
scribas, vt ego, si vllo modo potero, ad te aduolem.
6 Quaecunque de tua dignitate ab imperatore erunt impe-
tranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo
tibi ipsi impetrare: et meas tamen preces apud eum non
7 minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuae quoque
fidei et humanitatis curare, vt is tabellarius, quem ad te
misi, reuerti possit ad me, et a te mihi litteras referat.

SER.

§. 7. *possit* non est otiosum, vt apud alios; sed tota sententia hanc vim habet, vt ne tabellarius captus a Pompeianis detineatur.

§. 5. *si — potero.* melius ex natura et vsu temporum: *si possum.*

§. 6. *ab imperatore* cum emphasi prudenter dictum. *tibi ipsi* minus ambigue posita essent ab initio sententiae.

SER. GALBAE EPISTOLA.

Coniectura
de eius ingenio et oratione.

Seruius Galba e Sulpiciorum gente auum habuit eloquentia non minus, quam dignitate illustrem, patrem minus notum, filium vero, vt Suetonius Galb. c. 3. refert, clariorem studiis, quam dignitate, qui multiplicem nec incuriosam historiam ediderit. His interiectum nostrum Galbam, suspicamur, boni oratoris aut scriptoris laude non minus illustrem futurum fuisse, nisi vitae militaris labor eum ab exercitatione studiorum humaniorum abstraxisset. Rationem huius coniecturae ex ipsa epistola repetes.

(Ad diu. X. 30.)

Praelium exponit ad forum Gallorum factum, et victoriam de Antonio relatam.

GALBA CICERONI SAL.

XVII. Kalend. Mai. quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram, (nam ei obuiam processeram millia pass. centum, quo maturius veniret;) Antonius

§. 1. * Magd. inscribit: *Galba salutes plurimas dicit suo Ciceroni.* *eduxit* sc. e castris ad Murinam positis.

§. 2.

Narratio est simplex et nullo ornatu vestita, sed ordine et perspicue scripta; quae tamen nec breuitate, nec numeris, nec naturali

tonius legiones eduxit duas, Secundam et Quintamtrigesimam; et cohortes praetorias duas, vnam suam, alteram
2 Silani, et euocatorum partem. Ita obuiam venit nobis, quod nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego praeesse solebam, et duas
3 cohortes praetorias miserat Hirtius nobis. Cum equites Antonii apparuissent, contineri neque legio Martia, neque cohortes praetoriae potuerunt: quas sequi coepimus coacti, quando eas retinere non potueramus. Antonius ad Forum

§. 2. *praeesse solebam*, viuo Caesare; cuius legatus fuerat, quod negat Manutius. Sed Suet. Galb. c. 3. diserte testatur; et ipse Caesar B. G. III. 1. ff. *duas coh.* vnam suam, alteram Caesaris.

§. 3. * *quando—potueramus*. Sic Gorl. pro *quum—poteramus*. Plusquamp. habent et alii meliores libri; et necessarium mihi videtur, quia non antecessit *poterant*, sed *potuerunt*. Non cogitare debemus illas cohortes, vt certo iam elabentes, frustraque retinendas, aut vt iam

turali munditie, vt hoc vtar, ad Caesaris virtutes accedit. De quatuor legionibus tironum non dixit auctor omnia, quae legere cuperes, non quam fortiter pugnarint, neque quanta cum iactura. Duae tamen relictae videntur solae Antonium sustinuisse §. 8 et 9. Tertia commemoratur §. 6. De quarta nihil legitur.

Sed quoniam epistolam tractamus, requirere etiam illud licebit, quod in aliis etiam multorum similibus epistolis vituperari potest, quod neque ab idonea sententia, quae exordii vim habere possit, incipit, neque in fine satis certum terminum habet, vnde appareat, *integrum* esse scriptum. Quae in hanc rem a rhetoribus acutis hodie multa disputantur, (quae ad alias etiam artes pertinent, quarum communia sunt praecepta;) ea latius hic exponere non possumus. Copiose v. g. rem illustrat *Sulzer* in *Allgem. Theorie* etc. sub verbo *Ganz*. Excusandus tamen Galba, cuius sine dubio non haec vna fuit ad Ciceronem epistola; sed inter eos ita conuenisse probabile est, vt quam breuissime, quae vel Romae, vel in castris gererentur, se inuicem certiores facerent, ita vt omnes huius epistolae inter se commentariorum instar cohaererent, atque adeo haec, vt continuatio superioris, cohaerens cum proxime insequenti.

rum Gallorum ſuas copias continebat; neque ſciri volebat,
ſe legiones habere: tantum equitatum et leuem armaturam
oſtendebat. Poſteaquam vidit, ſe inuito legionem ire, 4
Panſa, ſequi ſe duas legiones iuſſit tironum. poſteaquam
anguſtias paludis et ſiluarum transiimus, acies eſt inſtructa
a nobis duodecim cohortium. nondum venerant legiones duae. Repente Antonius in aciem ſuas copias de vico
produxit, et ſine mora concurrit. Primo ita pugnatum 5
eſt, vt acrius non poſſet ex vtraque parte pugnari; etſi
dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis
cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem XXXV
Antonii, vt amplius paſſus — vltra aciem, quo loco ſteterat, proceſſerit. Itaque cum equites noſtrum cornu cir- 6
cuire vellent, recipere me coepi, et leuem armaturam
opponere Maurorum equitibus, ne auerſos noſtros aggrederentur. Interim video, me eſſe inter Antonianos, Antoniumque poſt me eſſe aliquanto. repente equum immiſi
ad eam legionem tironum, quae veniebat ex caſtris, ſcuto

iam iam elapſuras; ſed vt iam elapſas et aliquantum progreſſas adu. hoſtem.

§. 4. *ang. paludis:* nam via Aemilia per paludoſa loca ſtrata erat.

§. 5. * *in quo ego eram:* In Graeu. et Ern. τὸ *ego* deſideratur, neque quidquam notatum; ſed ſine dubio inuitis editoribus. * *paſſus* — numerum codd. non addunt. habent tamen nonnulli *quingentos*, quod non nimium videtur. Verba: *quo l. ſt.* gloſſam ſapiunt: defendi tamen poſſe fateor.

§. 6. *Maurorum*, qui erant in exercitu Antonii. *ne au. — aggred.* ne a tergo nos ad aciem noſtram redeuntes adorirentur. *ad eam leg.* vnam earum, quae ſequi debebant ex §. 4. ſed vbi altera reſtitit? — *ſcuto reiecto*, vt me ſuum agnoſcerent.

to reiecto. Antoniani me inſequi: noſtri pila coniicere velle. Ita, neſcio quo fato, ſum ſeruatus, quod ſum
7 cito a noſtris cognitus. In ipſa Aemilia, vbi cohors Caeſaris praetoria erat, diu pugnatum eſt. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, vbi Martiae legionis duae cohortes erant, et cohors praetoria, pedem referre coeperunt, quod ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, reci-
8 pere me nouiſſimus coepi ad caſtra. Antonius, tamquam victor, caſtra putauit ſe poſſe capere. quo cum venit, complures ibi amiſit, nec egit quidquam. Audita re, Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in ſua caſtra occurrit, copiasque eius omnes deleuit, fugavit, eodemque loco, vbi erat pugnatum, ad Forum Gal-
9 lorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta ſe in caſtra ſua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea caſtra rediit, vnde Panſa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem ſuarum copiarum Antonius amiſit veteranarum. nec id tamen ſine aliqua iactura cohortium praetorianarum noſtrarum, et legionis Martiae fieri potuit. Aquilae duae, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonii. Res bene geſta eſt. A. d. XII. Kal. Mai. ex caſtris.

A. HIR-

§. 8. *eodemque:* ſic meliores libri habere perhibentur. Sed Gorl. cum aliis *eo denique*, quod verum puto: illud autem nihili, quocunque modo diſtinguas.

A. HIRTII EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

A. Hirtius non modo feculi fui opinione et laude, fed fuo merito, quantum videtur, inter bonos fcriptores locum obtinuit. Huius rei aliquam partem fortaffe Ciceroni debuit, apud quem declamauit cum aliis, vt paffim in ipfius Ciceronis epiftolis legimus. Excufat fe politi hominis modeftia, (Caef. B. G. VIII. 1.) quod fe mediis Caefaris fcriptis interpofuerit. Sed vt imitator non infelix obtinuit, vt iure iftum locum occupaffe videretur, neque ex ea poffeffione deiiceretur. Obiici poteft, quod illius libri, vt reliquorum commentariorum de Bello Alexandrino *etc.* non fatis certus ftatuitur auctor: fed tamen et Suetonius diferte Hirtio eum adiudicat, et hoc pro certiffimo affirmare licet, quaecunque bona, et ab interpolatoribus non contaminata etiam in reliquis infunt, (funt autem non pauca;) ea iam olim Hirtio vifa effe non indigna.

(Att.

(Att. XV. 6.)

Respondet Ciceroni, se in vrbem rediisse, sed rursus inde profectum, quod melius absit. Bruti et Cassii salutem curae sibi fore significat; quos, petit et hortatur, vt Cicero ab armis retineat.

HIRTIVS CICERONI SVO S.

Rure iam redierim, quaeris. an ego, cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? etiam ex vrbe sum profectus. vtilius enim statui abesse. has tibi litteras exiens in Tusculanum scripsi. Noli autem me tam strenuum putare, vt ad Nonas recurram. nihil enim iam video opus esse nostra cura, quoniam praesidia sunt in tot annos
2 prouisa. Brutus et Cassius vtinam, quam facile a te de me im-

§. 1. *etiam — prof.* non modo redii rure, sed plus feci: rursus adeo ex vrbe sum prof. *ad Non.* quibus senatus futurus erat. Att. XV. 9. *praesidia — prov.* magistratus in biennium vel amplius designati.

§. 2. *a te* per te, tua auctoritate et commendatione. *de me* quod ad me attinet, scil. vt illos, quantum in me est, tuear. *haec;* quae Cicero ex illorum litteris retulerat; illud idem, opinor, cum peterent, vt Cicero Hirtium sibi suaeque caussae conciliaret.

§. 3.

Facetius primo de reditu in vrbem: vbi aliorum concursationes et contentiones ridet, cum indignatione non obscura. Minus placet haec prima particula: tanto magis Sphus 2. Breuitate prorsus admirabili, cum significatione amoris sui erga Ciceronem Bruto et C. studium suum et opem promittit. Verba *a te* et *per te* emphasi non carent. scite simul annectit, quod a Bruto et Cassio fieri vult: in qua reliqua parte pro rei magnitudine copiosior est, grauiusque scribit.

Quae displicent, ingenue expromere liceat.

impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod calidius ineant consilium! *cedenter* enim haec ais scripsisse: quo? aut quare? Retine, obsecro te, Cicero, illos; et noli sinere haec omnia perire, quae funditus medius fidius rapinis, incendiis, caedibus peruertuntur. Tantum, si 3
quid timent, caueant: nihil praeterea moliantur. Non medius fidius acerrimis consiliis plus, quam etiam inertissimis, dummodo diligentibus, consequentur. haec enim, quae fluunt, per se diuturna non sunt: in contentione praesentes ad nocendum habent vires. Quid speres de illis, in Tusculanum ad me scribe.

P. LEN-

§.3. *quae fl.* fluctus ciuiles ab Antonio concitati. *per se*, nisi quid epponatur. * *praesentes:* alii legunt *praesentis.* locus Ernestio videtur vitiosus; nec iniuria. v. anal.

§. 2. *peruertuntur:* saltem *peruertantur;* aut addito: *si quid illi extra vrbem parent.*

§. 3. *consiliis* an non *studiis?* *haec en. q. fl.* etc. nos in hanc sententiam scriptum malimus: *haec — sunt, nisi qua ..oles opponatur. Sic in contentione ciuili quaedam cito sine noxa elabuntur: sin quid obiicitur, ipsa mora praesentes* seqq. Sed etiam sic illud vitii restat, quod *praesentes — vires* non ab impetu fluminis, verum ab occultiore vi, v. g. veneni, ducta sunt, neque comparatio instituta seruatur.

P. LENTVLI SVRAE
EPISTOLA.

Coniectura
de eius ingenio, et oratione.

Non multum noſtra intereſt ſcire, qui vel ſcriptor vel orator fuerit P. Lentulus Sura. Sed in hoc libro ſuus cuique honos, quod certe ſequimur, et ipſi libro ſua forma conſtare debet. Cicero in Bruto c. 66 *excepta formae, actionis et vocis laude, mediocrem oratorem* fuiſſe dicit, *et in excogitando et loquendo tardum.* At in Catil. III. 5. vbi ei tribuit ingenium et dicendi exercitationem, qua ſemper valuerit, ipſe oratorie agit, neque tantam fidem hiſtoricam habere poteſt, vt illa verior laus videatur. Ex ipſa epiſtola nec iudicari de homine, nec diſci ad ſcribendum quidquam poteſt.

(Catil. III. 5.)

Catilinam ad fortitudinem et diligentiam hortatur.

Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. Cura, vt vir ſis; et quem in locum ſis progreſſus, cogita, et

Ex eo — cognoſces: Vulturcius tibi aperiet. Is etiam mandata habebat haec: *cum ab ſenatu hoſtis iudicatus eſſet, quo conſilio ſeruitia repudiaret?*

Quaerere hic poſſumus, Tullianus an Salluſtianus Lentulus magis placere debeat. Ille ſine dubio praeferendus, quia feſtinanti et

et vide, quid iam tibi sit necesse. Cura, vt omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.

Hoc epistolium a Sallustio Catil. c. 44. ed. Cort. tale exhibetur.

Quis sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac cogites, in quanta calamitate sis, et memineris te virum. Consideres, quid tuae rationes postulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

P. LEN-

diaret? in vrbe parata esse, quae iusserit; ne cunctaretur ipse propius accedere. quem — progr. te vsque eo perseuerasse in proposito, vt iam sine vi et armis non possis saluus esse. * Non alienum est quaerere, vtrum illa, an haec, scripserit Lentulus. Nulla potest idonea caussa afferri, cur apud Ciceronem quidquam immutatum credamus; multae autem, quare ab ipso nihil mutatum sit in scripto, quod ad caussam pertineat, et inartificiale argumentum praebeat (*ein Aktenstück.*) Sallustius autem, salua fide et religione historici, orationes et epistolas vel excogitare vel mutare poterat, quod et videtur fecisse, aliena exornando et poliendo, ne a suis discreparent; infeliciter. nam sic oratione obliqua potius vtendum erat. Cf. Cort. ad Sallust. Cat. 35.

et perturbato similior est. Inperatiui etiam: *cogita, vide, cura* magis vrgent, quam coniunctiui *memineris, consideres* etc. Nisi Sallustii auctoritas nos moueret, contenderemus, eum male cepisse verba: *qu. in l. s. progressus.* Nunc meliora tantum statuimus, quam *in qu. cal. sis.* Illa hominem praecipitem et ad extrema descensurum, haec iam victum et aliorum imploraturum misericordiam exprimunt. Grauius etiam vrget, et omnem deliberationem excludit *quid — necesse*, quam *quid — postulent.*

P. LENTVLI SPINTH.
EPISTOLAE.

Coniectura

de eius ingenio et oratione.

Quod Cicero de P. Lentulo patre (Brut. c. 77) iudicat, *quidquid habuerit, quantuscunque fuerit, illud totum habuisse ex disciplina; instrumenta naturae defuisse. — sed sibi omnia, quae clarorum virorum essent, non dubitasse adsciscere, eaque omni dignitate obtinuisse*, id nos de filio, harum epistolarum auctore, statuere possumus, quatenus illud iudicium ad scriptorem, non oratorem, pertinet: quamquam eloquentiae operam dedisse, partim ex Cic. ad diu. I. 7. extr. probabile sit, partim ex his epp. satis oratoriis apparet. Cf. praef. ad Cassii Q. epistolam. Arbitror autem, patris qualicunque disciplina, audiendisque oratoribus, et Cicerone quidem maxime, hunc nostrum formatum fuisse, vt ingenium non incultum ad dicendum et scribendum afferret. Excellentioris quidem naturae propriam indolem hae epistolae non spirant, sed imitatorem produnt, non ridiculum illum quidem, sed tamen acriori iudicio minus valentem, vt non satis intellexisse videatur, quid cuique loco aptum, aut quomodo denique sit imitandum.

P. LEN-

P. LENTVLI EPIST. I.

(ad diu. XII. 14.)

Exponit res a ſe geſtas: Rhodios accuſat: procurationem Aſiae petit, ob eamque rem merita ſua inremp. commemorat.

LENTVLVS CICERONI SVO S. P. D.

Cum Brutum noſtrum conueniſſem, eumque tardius in
Aſiam venturum animaduerterem; in Aſiam redii,
vt reliquias mei laboris colligerem, et pecuniam quam
primum Romam mitterem. Interim cognoui, in Lycia 2
eſſe claſſem Dolabellae, ampliusque centum naues onerarias, in quas exercitus eius imponi poſſet: idque Dolabellam ea mente comparaſſe, vt, ſi Syriae ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naues, et Italiam peteret,
ſeque cum Antoniis et reliquis latronibus coniungeret.
Cuius rei tanto in timore fui, vt omnibus rebus relictis, 3
cum

Facile patet, vnum Lentuli conſilium eſſe, vt Aſiam obtineat. Vnde priores §§. quinque poſſent ſalua rei ſumma abeſſe. Sed recte fecit auctor, quod de rebus a ſe publice geſtis primo ſcripſit, vel quod ad amicum, vel quod ad conſularem potentiſſimum in ſenatu ſcribi oportuit; vel quod ſic pedetentim fit aditus ad cauſſam, nec tam de ſuo commodo, quam de rep. agere videtur. Cauſſam ſuam §. 6—11. non male tuetur: in primisque honeſtam rationem affert §. 10 et 11. cui tamen reſponderi poteſt: *modo tu explica rationes tuas, et oſtende, te abeſſe a culpa. Si qua vectigalium pars ab aliis conſumta eſt; noluimus ſocios premi, vt iterum pendant, quod iam ab iis exactum eſt: reliqua poteſt et alius conficere.* Sequitur inde a §. 12. declamatio, qua fortitudinem integritatemque ſuam magnificentius praedicat, quam epiſtolae natura et dignitas eius, ad quem ſcribit, patitur. De §pho 16. nihil reprehendo, ſi Cicero pater Lentulo negotium dederat, vt de filio inquireret. Alias alieno tempore adulari videretur.

De ſingulis quibusdam locis haec monebimus.

cum paucioribus et minoribus nauibus ad illas ire conatus ſim. Quae res, ſi a Rhodiis non eſſem interpellatus, fortaſſe tota ſublata eſſet: tamen magna ex parte profligata eſt; cum quidem claſſis diſſipata eſt, aduentus noſtri timore milites ducesque effugerunt, onerariae omnes ad vnam a nobis ſunt exceptae. Certe, (quod maxime timui,) videor eſſe conſecutus, vt non poſſit Dolabella in Italiam peruenire, nec, ſociis ſuis firmatis, durius vobis

4 efficere negotium. Rhodii nos et rempublicam quam valde deſperauerint, ex litteris, quas publice miſi, cognoſces. Et quidem multo parcius ſcripſi, quam reuera furere eos inueni. quod vero aliquid de his ſcripſi, mirari noli: mira eſt eorum amentia. Nec me meae vllae priuatim iniuriae vmquam: malus animus eorum in noſtram ſalutem, cupiditas partium aliarum, perſeuerantia in contem-

§. 3. * *tamen m. ex p.* an *ſed tamen* etc.? ob antec. *eſſet* facile τὸ *ſed* intercidit. In Magd. pro *tamen* eſt *cum.* * *vid. eſſe conſ.* Sic cum aliis Gorl. et Magd. pro: *vid. etiam c.* pro *durius* Magd. habet *diuturnius.*

§. 4. * *quam reu.—ſcripſi:* Haec a Manutio in ſex libris antiquis reperta, neſcio, cur non omnes probent. Facile aberrauerant oculi a priori *ſcripſi* ad alterum. non ita Laconice ſcribit Lentulus, vt ſententiam *quam—inueni* intelligi, quam a ſe afferri, malit: altera autem ſententia tam commode locum habet, et tam parum deſideratur, ſi abeſt, vt a gloſſatore profecta eſſe vix poſſit. *Nec me—vmq.* ſc. mouerunt. * Vel hoc vel aliud verbum in textu fuit. Cicero ad Atticum ſaepe ita abrupte ſcribit et obſcure; ſed conſulto, vbi aliqua

§. 3. *quod m. timui:* etſi hoc valet: *ſecundum quod, ſ. qua in re, m. timui;* melius tamen ſubiiceretur verbis *conſec. vt.*

§. 4. *malus — cuiusque:* tria ſunt, quae ad vnum fere redeunt, vt auctor Ciceronem verbis ludere, et ſine idonea cauſſa Rhodiis inuidiam conflare videatur.

temtione optimi cuiusque, ferenda mihi non fuit. Nec 5
tamen omnes perditos esse puto: sed iidem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, iidem, tamquam aliquo fato, et nunc aut magistratum gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. itaque eadem superbia in prauitate vtuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate augeri, non solum vtile est reipublicae nostrae, sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi vt 6
semper curae sit; et quocunque tempore occasionem habueris, et in senatu: et in ceteris rebus laudi nostrae suffragere. Quando consulibus decreta est Asia, et permissum est iis, vt, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam obtineant; rogo te, petas ab his, vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, et mihi dent negotium, vt Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. Nam 7
quod

qua caussa est. Hic nulla est: et Lentulus verbosior. *fer.—fuit;* non tulit ergo, quatenus de iis ad senatum scripsit.

§. 5. * *pati* passiue dictum quem non offendit? Elegantissime Bengelius ex *putari*, quod codd. habent, coniicit *pari*, quod Ern. probat.

§. 7.

§. 5. *pati* posset actiue accipi, nisi passiuum antecederet. Non vitiose dicas: *vtile est hoc animaduertere, nec pati alios decipi.* Quodsi tamen actiue accipere velis, durissimum erit, et accusatiuum subintelliges *senatum* aut *pop. Romanum.* Sed v. expl. *sed etiam necess.* caussa hic erat addenda, quam non requireres, nisi vtilitatis etiam mentio facta esset.

§. 6. *et mihi—venit.* haec ab aliquo Minellio profecta credas: ita inania et superflua sunt. Quodsi Lentuli aures tale quid desiderabant, non rursus SCti verba exprimenda, sed saltem commutate dicendum erat.

quod huc properent in magistratu venire, aut exercitum mittere, caussam non habent. Dolabella enim in Syria est: et, vt tu diuinata mente prospexisti et praedicasti, dum
8 isti veniunt, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus vrbe, Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit. ibi spero celeriter eum poenas daturum. nam neque quo refugiat habet, neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiam,
9 confectum esse iam; et oppressum Dolabellam. Quare non puto, Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in prouincias exire, sed Romae acturos consulatum. Itaque si ab his petieris, vt interea nobis procurationem Asiae dent, spero te posse impetrare. praeterea mihi promiserant Pansa et Hirtius coram, et absenti mihi scripserunt, Verrioque nostro Pansa affirmauit, se daturum operam,
10 ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non, medius fidius, cupiditate prouinciae produci longius spatium mihi volo. nam mihi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quae ego ne frustra subierim, neue prius, quam reliquias meae diligentiae consequar,
11 decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem, quam exegeram pecuniam, vniuersam mittere; postularem, vt mihi

§. 7. * *diuinata mente.* non potui mihi temperare, quin ex vestigiis Magdeb. codicis hanc elegantissimam lectionem proponerem pro ineptiori: *diuina tua m.* Habet ille: *et vt tu tua diuina tamen te.* Affert, vt apparet, duplicem lectionem, cum etiam *tua* ponit, quod, vt superfluum, omisimus.

§. 9. *Pansam et Hirt.* mortuos esse ignorabat Lentulus.

mihi ſuccederetur: nunc, quod Caſſio dedi, quod Tre-
bonii morte amiſimus, quod etiam crudelitate Dolabellae,
aut perfidia eorum, qui mihi fidem reique publicae non
praeſtiterunt, id conſequi et reficere volo; quod aliter non
poteſt fieri, niſi ſpatium habuero. Id vt per te conſequar,
velim, vt ſolet, tibi curae ſit. Ego me de republica 12
puto eſſe meritum, vt non prouinciae iſtius beneficium
exſpectare debeam, ſed tantum, quantum Caſſius et Bru-
ti; non ſolum illius facti periculique ſocietate, ſed etiam
huius temporis ſtudio et virtute. Primus enim ego leges 13
Antonias fregi: primus equitatum Dolabellae ad rempu-
blicam traduxi, Caſſioque tradidi: primus dilectus habui
pro ſalute omnium contra coniurationem ſceleratiſſimam:
ſolus Caſſio et reipublicae Syriam, exercitusque, qui ibi
erant, coniunxi. Nam niſi ego tantam pecuniam, tan- 14
taque praeſidia, et tam celeriter Caſſio dediſſem; ne au-
ſus quidem eſſet ire in Syriam; et nunc non minora peri-
cula reipublicae a Dolabella inſtarent, quam ab Antonio.
Atque haec omnia is feci, qui ſodalis et familiariſſimus
Dolabellae eram; coniunctiſſimus ſanguine Antoniis;
prouinciam quoque illorum beneficio habebam: ſed πα-
τρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν omnibus meis bellum primus
in-

§. 11. * *niſi ſp. h.* Ern. „Excidiſſe puto *ſi* poſt *niſi*, propter verbum *aliter*."

§. 12. *illius facti:* dictitabat, ſe ſocium eorum in caede Caeſaris fuiſſe. In eorum vero numero fuit, qui, vt Appianus B. C. II. 119. ſcite dicit, gloria illius facinoris caruerunt, poenae autem ſunt facti participes.

§. 13. *leges Antonias*, quae ad prouinciam ſpectarent. vid. v. c. Cic. Phil. II. 38. et V. 4.

15 indixi. Haec etſi adhuc non magnopere mihi tuliſſe fructum animaduerto: tamen non deſpero; nec defatigabor permanere, non ſolum in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore et periculis. Attamen ſi etiam aliqua gloria iuſta et merita prouocabimur, ſenatus et optimi cuiusque officiis; maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, et eo
16 plus prodeſſe reipublicae poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus: ſed, medius fidius, ea eſſe eum opinione, et tua, et ipſius, et in primis mea cauſſa gaudeo. fratris enim loco mihi eſt, qui ex te natus, teque dignus eſt. Vale. D. IIII. Kalend. Iun. Pergae.

P. LEN-

§. 16. *videre n. potui*, vt ipſe de eo iudicare non poſſim. *opinione* i. e. exiſtimatione et fama. Improprie Manut. pro *ſententia de cauſſa bonorum* accipit.

§. 15. *mai. — erimus* facit ὁμοιοτέλευτον cum *et eo — poterimus* ſola magnitudine inciſorum, ſed vix tamen, tolerabile.

P. LENTVLI EPIST. II.

(ad diu. XII. 15.)

Res a ſe geſtas exponit, et inſectatur Rhodiorum improbitatem: ſtudium et diligentiam in quaeſtoris munere promittit; Dolabellae rem male cedere narrat.

P. LENTVLVS P. F. PRO QVAEST. PROPR. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN. P. Q. R. S. D.

Si valetis, liberique V. V. B. E. E. V. Scelere Dolabellae oppreſſa Aſia, in proximam prouinciam Macedoniam, praeſidiaque reipublicae, quae M. Brutus, V. C. tenebat, me contuli: et id egi, vt, per quos celerrime poſſet, Aſia prouincia vectigaliaque in veſtram poteſtatem redigerentur. Quod cum pertimuiſſet Dolabella, va- 2
ſtata

Res omnes ad temporis ordinem accurate enarrat, et quomodo ex quaque re quidque ſecutum: voluiſſe ſe tantum ex Macedonia in Aſiam ad officium ſuum redire; ſed, cum reip. periculum timeret, ipſa occaſione et itinere ductum Dolabellae reditus in Italiam impedimenta obiicere voluiſſe: a Rhodiis auxilia nulla ſe accepiſſe; indigne tractatum eſſe; denique ad officium reuertiſſe, quod ſtudioſe et diligenter facturus ſit.

Tali modo videtur excuſatius peccaſſe, ſi iniuſſu ſenatus propraetoris nomen et munus ſibi attribuit, et Rhodios accuſare, quod narrationis ordo ita poſtulet, nec vlla priuatim iniuria eo permotum eſſe; quod eo probabilius ſit, quia, etſi ſatis verboſe, tamen non nimis acerbe in eos inuehitur. Quod exercitum ipſe priuato conſilio comparauit, id egregie, et breuiter, et ipſa verborum leuitate excuſat, quaſi nihil reprehenſionis ſuſpicetur. De procuratione prouinciae ſibi demandanda hic ne verbum quidem, quod tamen ep. priore vnice egit; credo, ne fidem ſuam ſuſpectam redderet. Mirum adeo, quod nec in gratiam conſulum quidquam dictum eſt. Sine dubio vel ſingulatim ad hos et alios ſcripſerat, vel aequitate ſenatus meritiſque ſuis ſe omnia obtinere ſperabat.

Ceterum §. 1. durum eſt, quod hic codices firmant, *celeriusque* pro *et vaſtata — celerius.*

ſtata prouincia, correptis vectigalibus, praecipue ciuibus Romanis omnibus crudeliſſime denudatis ac diuenditis; celeriusque Aſia exceſſiſſet; quam eo praeſidium adduci potuiſſet; diutius morari, aut exſpectare praeſidium non neceſſe habui: et quam primum ad meum officium reuertendum mihi eſſe exiſtimaui, vt et reliqua vectigalia exigerem, et, quam depoſui pecuniam, colligerem; quidquid ex ea correptum eſſet, aut quorum id culpa accidiſſet, cognoſcerem quam primum, et vos de omni re
3 facerem certiores. Interim cum per inſulas in Aſiam nauiganti mihi nunciatum eſſet, claſſem Dolabellae in Lycia eſſe, Rhodiosque naues complures inſtructas et paratas in aqua habere: cum his nauibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiſcus proquaeſtor, homo mihi cum familiaritate, tum etiam ſenſibus in republica coniunctiſſimus, Rhodum reuerti, confiſus auctoritate veſtra, ſenatusque conſulto, quo hoſtem Dolabellam iudicaratis; foedere quoque, quod cum his M. Marcello, Ser. Sulpicio conſulibus renouatum erat; quo iurauerant Rhodii,
4 eosdem hoſtes ſe habituros, quos S. P. Q. R. Quae res nos vehementer feſellit. tantum enim abfuit, vt illorum praeſidio noſtram firmaremus claſſem, vt etiam a Rhodiis vrbe, portu, ſtatione, quae extra vrbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites; nos
5 vix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur. Quam indignitatem, diminutionemque, non ſolum iuris noſtri, ſed etiam

§. 2. **omnibus:* in declamatore hoc non nimis ad veritatem exigendum eſt, neque tollendum, vt Graev. voluit. *diuenditis* ad bona eorum pertinet, non ad corpora.

§. 4. *nos vix ipſi*, ego cum Patiſco.

§. 5.

etiam maieſtatis imperiique populi Romani, idcirco tuli-
mus, quod interceptis litteris cognoramus, Dolabellam,
ſi deſperaſſet de Syria Aegyptoque, quod neceſſe erat
fieri, in naues cum omnibus ſuis latronibus, atque omni
pecunia conſcendere eſſe paratum, Italiamque petere; id-
circo etiam naues onerarias, (quarum minor nulla erat
duum millium amphorum,) contractas in Lycia a claſſe
eius obſideri. Huius rei timore, patres conſcripti, per- 6
citus iniurias perpeti, et, cum contumelia etiam noſtra,
omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum volunta-
tem introductus in vrbem, et in ſenatum eorum, quam
diligentiſſime potui, cauſſam reipublicae egi: periculum-
que omne, quod inſtaret, ſi ille latro cum omnibus ſuis
naues conſcendiſſet, expoſui. Rhodios autem tanta in 7
prauitate animaduerti, vt omnes firmiores putarent, quam
bonos; vt hanc concordiam et conſpirationem omnium
ordinum ad defendendam libertatem propenſe non crede-
rent eſſe factam; vt patientiam ſenatus, et optimi cuius-
que manere etiam nunc confiderent, nec potuiſſe audere
quemquam Dolabellam hoſtem iudicare; vt denique
omnia, quae improbi fingebant, magis vera exiſtimarent,
quam quae vere facta erant, et a nobis docebantur.
Qua

§. 5. *amphorum:* amphorarum, quas capiebant. numero modus et magnitudo nauium definiebatur. *obſideri*, teneri, ſeruari.

§. 6. *ad ill. vol.* eo modo, quo volebant; ſine militibus.

§. 7. * *omnes* v. anal.

§. 9.

§. 5. *atque omni pecunia* praeclare ad inuidiam.

§. 7. *omnes* frigide opponuntur *bonis.* addendum ſaltem erat *alios;* quamquam ne ſic quidem concinne et apte.

8 Qua mente etiam ante noſtrum aduentum, poſt Trebonii indigniſſimam caedem, ceteraque tot tamque nefaria facinora, binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum, et quidem nouo exemplo, contra leges ipſorum prohibentibus iis, qui tum magiſtratus gerebant.
9 Nec, ſiue timor eſt, vt dictitant, de agris, quos in continenti habent, ſiue furor, ſiue patientia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clariſſimos affecerant, et nunc maximos magiſtratus gerentes, nullo exemplo, nec noſtra ex parte noſtro praeſentium, neque imminenti Italiae vrbique noſtrae periculo, (ſi ille parricida cum ſuis latronibus, nauibus, ex Aſia Syriaque expulſus, Italiam petiſſet,) mederi cum facile poſſent, voluerunt.
10 Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos et demorati eſſe, dum claſſis Dolabellae certior fieret de aduentu noſtro. quam ſuſpicionem conſecutae res aliquot auxerunt; maxime quod ſubito ex Lycia Sex. Marius et C. Titius legati

§. 9. * Totum hunc §phum expreſſimus e cod. Magdeburgenſi, hac vna mutatione contra librarii voluntatem facta, quod ſcripſimus *noſtro praeſ.* quod ab ipſo ſcriptum, ſed poſt mutatum ab ipſo erat in *noſtra pr.* Locus eſt ex huius libri ſcriptura clariſſimus. Pro *nec* alii habent *haec;* porro *neque noſtro pr.* pro *noſtro pr.* et *noluerunt* pro *vol.* Ceterum haec notanda. *Patientia* non poteſt ſtare; ſed probabiliter legendum cum Aſc. *impotentia.* *Viri clariſſimi* et *maximos mag. gerentes* non ſunt Romani, ſed Rhodii. *noſtra ex p.* dictum eſt vt D. Brut. ep. IV. §. 1. *ex altera p.* Verba: *ſi ille—petiſſet*, Bengelio praeeunte, in tironum gratiam ſigno parentheſeos incluſi.

§. 10. * *demorati eſſe:* recte hoc defendit Schellerus in animadv. ad vett. ſcriptores. Nominatiuus recte habet. Sic Dolab. §. 2. poſt formulam *in ſuſp. venire* non ſequitur *me ſuadere*, ſed ſimpliciter *ſuadere*, vt nominatiuus intelligatur.

legati Dolabellae a classe discesserunt, nauique longa profugerunt, onerariis relictis; in quibus colligendis non minimum temporis laborisque consumserant. Itaque 11
cum ab Rhodo cum iis, quas habueramus, nauibus, in Lyciam venissemus, naues onerarias recepimus, dominisque restituimus: iidemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus: classem fugientem persecuti sumus vsque Sidam, quae extrema regio est prouinciae meae. Ibi 12
cognoui, partem nauium Dolabellae diffugisse, reliquos Syriam Cyprumque petiisse. Quibus disiectis cum scirem, C. Cassii singularis ciuis et ducis, classem maximam fore praesto in Syria, ad meum officium reuerti: daboque operam, vt meum studium, diligentiam vobis, patres conscripti, reique publicae praestem: pecuniamque, quam maximam potero, et quam celerrime cogam, omnibusque cum rationibus ad vos mittam. Si percurrero prouinciam, 13
et cognouero, qui nobis et reipublicae fidem praestiterunt in conseruanda pecunia a me deposita, quique scelere vltro deferentes pecuniam publicam, hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si, vt meriti sunt, grauiter constitueritis, nosque vestra auctoritate firmaueritis; faci-

§. 11. * *vsque Sidam:* Gorl. *vsque assidam,* vt *ad Sidam* legere possis.

§. 12. *daboque op.* etc. non bene haec sententia per particulam *que* superioribus iungitur. melius poneres *autem* vel *in quo quidem op. dabo.*

§. 13. *De q. si — si* non bene. Sententia primaria sine conditionis particula efferri poterat, aut *si v. v.* postponi verbo *auctoritate.*

facilius et reliqua exigere vectigalia, et exacta ſeruare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri, prouinciamque ab iniuria defendere poſſim, praeſidium neceſſarium voluntariumque comparaui.

14 His litteris ſcriptis, milites circiter XXX, quos Dola-
bella ex Aſia conſcripſerat, e Syria fugientes in Pamphyli-
am venerunt. hi nuntiauerunt, Dolabellam Antiocheam,
quae in Syria eſt, veniſſe; non receptum, conatum eſſe
aliquoties vi introire; repulſum ſemper eſſe cum magno
15 ſuo detrimento. itaque centum circiter amiſſis, aegris
relictis, noctu Antiochea profugiſſe Laodiceam verſus:
ea nocte omnes fere Aſiaticos milites ab eo diſceſſiſſe:
ex his ad octingentos Antiocheam rediiſſe, et ſe iis tradi-
diſſe, qui a Caſſio relicti, vrbi illi praeerant; ceteros per
Amanum in Ciliciam deſcendiſſe, quo ex numero ſe quo-
que eſſe dicebant: Caſſium autem cum ſuis omnibus copiis,
nuntiatum eſſe quatridui iter Laodicea abfuiſſe tum, cum
16 Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius
confido ſceleratiſſimum latronem poenas daturum. Quar-
to Nonas Iunias, Pergae.

M. LE-

M. LEPIDI
EPISTOLAE.

Coniectura
de eius ingenio et oratione.

M. Aemilii Lepidi triumuiri epiſtolas duas habemus: vellem plures, vt de eo in noſtram rem iudicari liceret. Veteres, quantum equidem ſcio, de eius doctrina et eloquentia tacent; vt veroſimile ſit, eum magis nobilitate generis et gratia, quam eloquentiae opibus, ad ſummos honores perueniſſe. Ex his autem epiſtolis coniicimus, eum ad inueniendum minus fuiſſe ſolertem, eloquendi vſu aliquo non caruiſſe, illud tamen non aſſecutum, vt prorſus emendate et ſubtiliter ſcriberet.

M. LE-

M. LEPIDI EPIST. I.

(ad diu. X. 34.)

Narrat, quid Antonio adueniente egerit: gratum sibi esse ostendit, quod Cicero iniquis de se rumoribus non crediderit; quem rogat, vt se porro tueatur.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM, PONT. MAX.
M. T. CICERONI S. P. D.

S. V. B. E. E. V. Cum audissem, Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio cum parte equitatus, in prouinciam meam venire; cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra moui, ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum Vocontium veni, et vltra castra ad flumen Argenteum contra Antonios feci.
2 P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, et vltra me castra posuit. Habebat ante legionem secundam, et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum.

§. 1. *prov. meam*, Galliam Narbonensem. *confl. Rh.* cum flumine Druentia. * *Antonios.* Sic cum melioribus Gorl. et Magd. pro *Antonianos.*

§. 2.

Finis epistolae apparet ex §. 5 et 6. ad quem apposite auctor narratione, quae §. 1-3. continetur, docere vult, se vere hostiliter adu. Antonium agere. Sed etiamsi non aliunde v. g. Dione L. XLVI. c. 38. constaret, Lepidi concessu Silanum et Culleonem transiisse ad Antonium, tamen ex hac ep. intelligeretur. Quo loco enim habentur, si nec in castris sunt, nec vlli negotio praefecti, nec eorum opera imperator vtitur? Si ita suspecti sunt, cur non in custodia saltem tenentur? Quin aut grauiter de iis statuendum erat, si per exercitum liceret, aut omnia condonanda, vt eo firmioribus magisque fidis ob beneficium vti liceret. Altera pars §. 4-6 honesta quidem oratione constat, magis tamen verbis fucum facit, quam rationibus mouet. Haec hactenus.

rum. Equitatum habet magnum. nam omnis ex prae-
lio integer deceſſit, ita vt ſint amplius equitum — Ita- 3
que ad me complures milites et equites ab eo tranſierunt:
et in dies ſingulos eius copiae minuuntur. Silanus et Cul-
leo ab eo diſceſſerunt. Nos etſi grauiter ab his laeſi
eramus, quod contra noſtram voluntatem ad Anto-
nium ierant; tamen noſtrae humanitatis et neceſſitudinis
cauſſa eorum ſalutis rationem habuimus. nec tamen
eorum opera vtimur: neque in caſtris habemus,
neque vlli negotio praefecimus. Quod ad bellum
hoc attinet, nec ſenatui, nec reipublicae deerimus.
quae poſtea egerimus, faciam te certiorem. Etſi omni 4
tempore ſumma ſtudia officii mutuo inter nos certatim
conſtiterunt, pro noſtra inter nos familiaritate, et pro-
inde diligenter ab vtroque conſeruata ſunt; tamen non
dubito, in tanto et tam repentino reipublicae motu quin
nonnulla de me falſis rumoribus a meis obtrectatoribus, me
indigna, ad te delata ſint, quae tuum animum magno
opere mouerent, pro tuo amore in rempublicam. Ea 5
te

§. 2. * *equitum* — lacunam Mstorum ſupplent per 30 millia, quod ſane nimium eſt. Similis lacuna Poll. ep. III. §. 10. In Magd. h. l. pro numero figurae nullius ſignificationis comparent, quaſi Graeca fuerint. Bengelius ſcite ex *um* coniicit V M. malis tamen ſaltem X millia.

§. 4. *mouerent:* ſic recte Gorl. et Magd. pro *mouerunt.* mallem *mouerint,* ſi a mſſ. commendaretur.

§. 5.

§. 3. *Itaque:* huius particulae rationem non video. *Quod — deerimus:* iuſto breuius et quaſi perfunctorie dictum, cum de tanta re agatur.

§. 4. *Etſi — conſeru. ſunt:* cur hic etiam de Cicerone loquitur, cum is iam nihil peccare potuerit, et res ad ſe vnum ſpectet?

te moderate accepiſſe, neque temere credendum iudicaſſe, a meis procuratoribus certior ſum factus: quae mihi, vt debent, gratiſſima ſunt. memini enim et illa ſuperiora, quae abs tua voluntate profecta ſunt ad meam dignitatem augendam et ornandam; quae perpetuo animo meo fixa
6 manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, ſi meam vitam et ſtudium diligentiſſime ſuperioribus temporibus in republica adminiſtranda, quae Lepido digna ſunt, perſpecta habes; vt paria, aut eo ampliora reliquo tempore exſpectes, et proinde tua auctoritate me tuendum exiſtimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. XI. Kalendas Iunias, ex caſtris, ex Ponte Argenteo.

M. LE-

§. 5. *illa ſup.* ſtatuam ex tua ſententia mihi poſitam. Cic. Phil. V. 15. ad Brut. I. 15. ſupplicationem item et triumphum. * *quae — maneb.* non leguntur in Magd.

§. 6. Poſt *adminiſtr.* optem in aliquo cod. tale quid reperiri: *ſi etiam huius temporis facta.* Referuntur inter ſe *eo* et *quo*, non *proinde* (i. e. vt §. 4. propterea) et *quo*. Si ita propter ſententiam *et pr. — exiſtimes* male hic intruſam, et melius in fine ponendam, oratio non ſit mollis: ſaltem nexum et ſenſum quoque habet. dicit enim, ſe Ciceronis in ſe meritis excitatum iri.

§. 5. *quae — grat. ſunt* pro *quod — gr. eſt:* ambigue, neque apte, cum de vna re ſermo ſit. Tollit auctor quodammodo id vitium, cum ſtatim addit: *mem. enim* ſeqq.

§. 6. Perturbatior protaſis melius ſic efferretur: — *et ſtud. in rep. ſup. tempp. dil. adminiſtranda*, *et proinde*, *quae Lep.* etc.

M. LEPIDI EPIST. II.

(ad diu. X. 35.)

Recepti Antonii caussam in suos milites confert; rogat tamen, vt illud factum probent.

LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. SENAT. POP. PL. Q. R.

Si V. liberique vestri V. B. E. E. Q. V. Deos hominesque testor, patres conscripti, qua mente et quo animo semper in rempublicam fuerim, et quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim: quod vobis breui probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam 2
in ciuibus conseruandis, communique pace, seditione facta,

§. 1. *Probassem* bello contra Antonium gerendo.

§. 2. * *conseruandis:* hoc seruaui. a doctissimis viris probatur, et est in Magdeb. Lectio autem omnium fere codd. est *obseruandis.*

§. 3.

Parum diligenter et grauiter, vt in tanta re. Sensit auctor, caussam suam ab oratione deferendam, armis, si res tulerit, defendendam esse. In sententia §phi 4. in qua cardo rei vertitur, quam multa acute excogitata, cum exquisito verborum delectu, dicenda erant!

Statim post vsitatam bene precandi formulam, quae a sedato animo proficisci debere videtur, quem non offendit *deorum hominumque* testificatio? hoc sane est caussam suam in exordio prodere. *qua m. et quo a.* per repetitum pronomen animus quidem a mente cogitatione, non re, discretus nimis disiungi videtur: sed ita vsus loquendi dudum ferebat: et obtinet hoc in omnibus linguis cultioribus, vt *mens (Geist)* ita distinguatur ab *animo (Herz.)*

facta, retinuit; meque tantae multitudinis ciuium Romanorum salutis atque incolumitatis caussam suscipere, vt
3 vere dicam, coëgit. In qua re ego vos, patres conscripti, oro atque obsecro, vt, priuatis offensionibus omissis, summae reipublicae consulatis, neue misericordiam nostram exercitusque nostri, in ciuili dissensione, sceleris
4 loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis: melius et vobis et reipublicae consuletis. Data III. Kal. a Ponte Argenteo.

L. LVC-

§. 3. *priuatis off.* ad Ciceronem maxime eiusque priuatas cum Antonio offensiones videtur pertinere. * *summae* abest a Magd. §. 4. *miseric.* in Antonium et Antonianos. De re ipsa cf. Planci ep. IX. §. 7.

§. 2. *vt vere d.* callide et bene ad caussam; quasi pudorem suum dissimulare nolit.

§. 4. *consuletis:* vsitatius, et magis ex natura temporum: *consulueritis.*

L. LVCCEII
EPISTOLA.

Coniectura
de eius ingenio et oratione.

L. Lucceii ingenium nobis Ciceronis opera innotuit, cuius epistolam valde bellam ad diu. V. 12. habemus: qua cum petat, vt ipse a Lucceio laudetur, hoc affecutus est, vt illius laudes ad nostram memoriam propagarentur, sua tantum cupiditas laudis nobis testatior fieret. Multa fortasse in ista epistola gratiae, plura caussae dantur. Sed quis in eo Ciceroni non assentiatur, quod dicit: *Non ego sum ita demens, vt me sempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur?* — Possumus ergo, non suspicari, verum liquido affirmare, Lucceium fuisse magni ingenii hominem, et excellentem scriptorem. Et talem vel ex hac eius epistola agnoscimus. Si quid etiam incertiori coniecturae loci est, opinamur, eum fuisse, quod nostri dicunt, *ein Originalgenie;* habuisse propriam quandam, eamque natiuam, non adscitam aliorum imitatione indolem orationis, peculiarem quandam in sententiarum forma et ordine rationem, qua etiam rebus tritis et peruulgatis commendationem nouitatis conciliaret: vt dolendum sit, non hanc epistolam, quam tamen nos quidem inuiti desideraremus, pro libris eius historicis periisse.

(Ad diu. V. 14.)

Quaerit, cur Cicero tam diu ab vrbe abſit. gaudet, ſi propter otium ſcribendi ſiat: dolet et accuſat, ſi propter moerorem ex republica. Rationes compeſcendi doloris addit, quibus etiam preces in hanc rem adiungit.

L. LVCCEIVS Q. F. S. D. M. TVLLIO M. F.

Si vales, bene eſt; valeo, ſicut ſoleo; paullo tamen etiam deterius, quam ſoleo. Te requiſiui ſaepius, vt viderem: Romae quia poſtea non fuiſti, quam a me
a diſceſſeras, miratus ſum; quod item nunc miror. Non habeo certum, quae te res hinc maxime retrahat. Si ſolitudine delectare, cum ſcribas, et aliquid agas eorum, quorum conſueſti; gaudeo, neque reprehendo tuum conſilium. nam nihil iſto poteſt eſſe iucundius, non modo miſe-

§. 1. * *paullo.* Sic Magd. cum melioribus pro *paullulo.* idem addit verba *a me*, quae in nonnullis deſiderantur.

§. 2.

Suauiſſima eſt conſolantis amici epiſtola, et diuino ingenio digna. Ipſa initii formula facit, vt primo de valetudine ſua dicat. Sed, quaſi nihil tanti ſit, ſui confeſtim oblitus *te*, inquit, *requiſiui;* quo verbo deſiderium amantis declaratur egregie.

§. 2. Duas cauſſas proponit, cur Cicero Roma poſſit abeſſe, quod tertia nulla facile in *Cicerone* cogitari poſſit. Quam apte deinde (a verbis *nam nihil* vsq. ſin. huius §phi) ad tempus et perſonam, et quam exquiſita cum laude Ciceronis commendat litterarum ſtudia! in quibus ſententiis valde placet, neſcio quid: naturane ſit, an ars, conſtituere non potui. *c. aliq. ag.—conſueſti:* gr. ποιῶν τι ὧν εἴωθας. Ex hoc graeciſmo etiam *eorum* potuiſſet omittere, quod durius fuiſſet. Sed ſic neque obſcurum neque durum quidquam: et tamen doctum lectorem graecae orationis cogitatio delectat.

miseris his temporibus et luctuosis, sed etiam tranquillis et optatis: praesertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerat ex magnis occupationibus; vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, [te] ipsum laudibus illustret. Sin autem, sicut hic dum 3
eras, lacrimis ac tristitiae te tradidisti: doleo, quia doles et angere: non possum te non, (si concedis, quod sentimus, vt liberius dicamus,) accusare. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis? tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges, duplicari sollicitudines, quas eleuare te, tua prudentia postulat? Quod si non possu- 4
mus aliquid proficere suadendo; gratia contendimus et rogan-

§. 2. *miseris — luct.* ob Caesaris quartum consulis impotentiam. * *te:* vindicauit hoc Cl. Bendict.: et est etiam in Gorl. et Magd. sed multum suauitatis perit, si additur. Saltem vncis a textu separatum praecipiti loco posui.

§. 3. * *non poss.* ante haec excidit saltem particula *et.* vereor autem, ne plusculum corruptum sit. nam sententia, *quia d. et ang.* superflua et inepta est. * *el. te tua:* hoc ordine habet Gorl. pro *el. tua te.* Ex aliis restituerat Ern.

§. 4.

§. 3. Minus placet. Prior pars fortasse a Lucceio melior profecta, quam nobis relicta. In altera interrogationes abhorrere videntur a reliqua verborum per totam epistolam lenitate. Sed magnum Lucceii ingenium vulgares consolandi rationes clariori luce sibi subiecit, vt vehementior mentis agitatio interrogandi formam excuset. *propter acumen:* haec verba, (vt tota sententia, ad quam pertinent,) ironica et contumeliosa nostris temporibus videantur.

§. 4 et 5. Haec extrema primis pulchritudine respondent. Belle et sub specie verecundiae §. 5. dicit, se non desiturum esse precibus Ciceronem fatigare. Illud vnum displicet, quod negatiue: *non obt.* Rectius, ni fallor, et clarius esset: *cupio verecunde tecum agere: tamen et cup. det.* etc.

gando, si quid nostra caussa vis, vt istis te molestiis laxes, et ad conuictum nostrum redeas, et ad consuetudinem vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto tuo. duae res istae contrariae me conturbant: ex quibus, aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. Vale.

CN. MA-

§. 4. *nostram comm.* vt cum amicis tempus consumamus. hoc, opinor, vult. respondet Cic. ep. seq. *ad amicosne confugiam?*

§. 5. * *tuo* hoc de mera coniectura posui pro *cum*, quia 1) caussalis *cum* sententiam *duae res* etc. neque ad antecedens neque ad consequens sine vitio annectit; 2) referri inter se videntur *nostro studio* et *incepto tuo;* 3) pro *conturbent* plures libri cum Magd. legunt *conturbant;* 4) facilis est permutatio verborum *cum* et *tuo*. cf. Ern. ad Cic. Verr. IV. 37. *duae res*, timor obtundendi et cupiditas a luctu abducendi. *obtemperes*, vt moerorem abiicias. *non off.* non offendaris, (* quod ipsum fortassis legendum,) si studio meo inepto et male sedulo tibi molestus sum.

CN. MAGNI
EPISTOLAE.

Coniectura
de eius ingenio et oratione.

Ex infinitis Cneii Pompeii Magni laudibus exigua nobis particula delibanda eſt, vt declaremus, qualis vel orator vel ſcriptor fuerit. Quam in rem duplex adhibere poſſumus iudicium Ciceronis; vnum ex oratione pro Balbo c. 1. alterum ex Bruto c. 68. Si ex priore loco ſtatuendum eſſet, nemo fere ſcriptor ei par poneretur. Sed in hoc multa Cicero mori et amori videtur dediſſe; nonnihil etiam pudori, quod vereretur, cum ipſe poſt Pompeium illam cauſſam ageret, ne, ſi parum de eius laude diceret, illius orationem prae ſua videretur contemnere. In altero autem loco ſcripta haec ſunt: *Erat oratione ſatis amplus: rem prudenter videbat:* quorum poſterius ad inuentionem, prius ad elocutionem commode retuleris. Vtrumque modicam laudem continet. Et ſic reliqui a Cicerone auctores facundum quidem fuiſſe ſcribunt, ſed ita tamen, vt vel breuiter eam laudem tangant, vel diſerte, non admodum magnam fuiſſe, pronuntient. In his epp. ſe oſtendit ſcriptorem latine et emendate loquentem, et qui ſentiat, quid epiſtolae conueniat, ſed verborum copia non modo *ſatis amplum*, ſed latiorem, quam res patitur, et fere *περισσολόγον*; ita vt oratione non minus remiſſum et ſegnem ſe praebeat, quam in rebus gerendis extremo tempore fuiſſe dicitur.

CN. MAGNI EPIST. I.

(Att. VIII. 6.)

Copias omnes quam primum in vnum contrahi, Lentulum ad se venire, praesidium Capuae relinqui vult.

(CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. LENTVLO COS.)

Litterae mihi a L. Domitio a. d. XIII. Kalend. Mart. allatae sunt. earum exemplum infra scripsi. Nunc, vt ego non scribam, tua sponte te intelligere scio, quanti reipublicae intersit, omnes copias in vnum locum primo quoque tempore conuenire. Tu, si tibi videbitur, dabis operam, quam primum ad nos venias. praesidii Capuae, quantum constitueritis esse satis, relinquas.

CN. MA-

* Quae ad Caesaris ep. IV. init. diximus, eadem prorsus hic valent. Inscriptionem enim finximus, epistolioque ceterum integro praeposuimus.

Propter litteras Domitii subscriptas non opus fuit pluribus verbis, quod intell. ex verbis: *nunc —scio.* sed cf. ad epp. seqq. Ciceronis iudicium. Verecunde et humaniter, vt ad consulem, illud: *si tibi v.* Sic ep. IV. §. 4.

CN. MAGNI EPIST. II.

(Att. VIII. 11.)

Nuntiat Domitium et Hirrum cum cohortibus ad se iter habere: et Ciceronem ad se venire iubet.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

Q. Fabius ad me venit a. d. IV. Kalend. Febr. Is nuntiat, L. Domitium cum suis cohortibus XI, et cohortibus XIV. quas Vibullius adduxit, ad me iter habere; habuisse in animo proficisci Corfinio a. d. V. Id. Febr. C. Hirrum cum V. cohortibus subsequi. Censeo, ad nos Luceriam venias. nam te hic tutissime puto fore

CN. MA-

Multa hic de ducibus, et cohortibus, quarum ep. II. mentio fit, quaeri possunt. sed ea non sunt ad rem nostram necessaria. Ep. III. pri-

De his epp. Cicero ita scribit Attico: *Epistolarum Pompeii duarum, quas ad me misit, negligentiam — volui tibi notam esse. earum*

CN. MAGNI EPIST. III.

(Att. VIII. 11.)

Ciceronem laudat, et vt ad se veniat, rursus hortatur.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

S. V. B. E. Tuas litteras libenter legi. recognoui enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. Consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio in rempublicam, vt te ad nos conferas; vt communi consilio reipublicae afflictae opem atque auxilium feramus. censeo, via Appia iter facias, et celeriter Brundisium venias.

CN. MA-

pristinam, quam in consulatu praestitisti. *in sal. c.* in caussa communis salutis tuenda.

earum exempla ad te misi. Sunt sane fere nihili: plenae autem earum rerum esse debebant, quae ad tuendam remp. gestae erant, et maxime, quibus Cicero permoueretur, vt istuc veniret.

CN. MAGNI EPIST. IV.

(Att. VIII. 12.)

L. Domitium a Caesare implicatum esse scribit, et dolet, quod ei subsidio ire non possit: se Brundisium proficisci, nuntiat, quo et reliquos venire vult.

CN. MAGNVS PROCOS. C. MARCELLO, L. LENTVLO COSS. S. D.

Ego, quod existimabam, dispersos nos neque reipublicae vtiles, neque nobis praesidio esse posse, idcirco ad L. Domitium litteras misi, primum vti ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret; vt cohortes XIX, quae ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret.
Quod veritus sum, factum est; vt Domitius implicaretur, 2
neque ipse satis firmus esset ad castra facienda; quod meas

XIX.

§. 2. *ipse s. f. esset* cum ea scil. manu, quam Corfinii secum habebat.

* ne-

Etsi faciliores esse debemus in iis, quae in magna animi perturbatione et sollicitudine scripta sunt; hoc tamen recte dici, opinor, potest, in talibus vel maxime scriptoris vsum et facultatem se prodere. Ciceroni quidem vix in summa omnium rerum desperatione duplex ὁμοιοτέλευτον, quod est §. 4. excidisset. Neque tamen in oratione aliud reprehendimus, nisi quod non breuiter, neque grauiter satis, res explicatae sunt. Humanitatem vero primum in eo desideres, quod isto iam tempore Caesarem §. 5. non *aduersarium* sed *hostem*, nulla adiecta vel ratione vel mitigatione vocat, vt de *Hannibale* dictum putes; deinde etiam in eo, quod nec ipse significat, quomodo Domitio subueniri possit, nec Consules rogat, vt eam cogitationem ineant, sed eum a Caesare cum suis capi ceterum non curat. nam quod §. 3. init. profitetur, id etiam re ipsa declarare debuit.

XIX. et ſuas XII. cohortes tribus in oppidis diſtributas ha-
beret; (nam partim Albae, partim Sulmone collocauit:)
3 neque ſe, ſi vellet, expedire poſſet. Nunc ſcitote, me
eſſe in ſumma ſollicitudine. nam et tot et tales viros pe-
riculo obſidionis liberare cupio: neque ſubſidio ire poſ-
ſum; quod his duabus legionibus non puto eſſe commit-
tendum, vt illuc ducantur; ex quibus tamen non am-
plius XIV cohortes contrahere potui: quod Brundiſium
praeſidium miſi: neque Canuſium ſine praeſidio, dum ab-
4 eſſem, putaui eſſe dimittendum. D. Laelio mandaram,
quod maiores copias ſperabam nos habituros, vt, ſi vobis
videretur, alteruter veſtrum ad me veniret; alter in Siciliam
cum ea copia, quam Capuae et circum Capuam compa-
raſtis, et cum iis militibus, quos Fauſtus legit, profici-
ſceretur; Domitius cum ſuis XII. cohortibus eodem ad-
iungeretur; reliquae copiae omnes Brundiſium cogeren-
5 tur, et inde nauibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc,
cum hoc tempore nihilo magis ego, quam vos, ſubſidio
Domitio ire poſſim, ſe per montes explicare; non eſt
no-

* *neque ſe ſi v.* Recepit τὸ *ſe* Erneſtius cum aliis e coniectura Lambini. Qui illud omittunt, ex antecedd. intelligunt cohortes ante dictas, quod durum eſt: quas ſi intelligi tamen voluiſſet Pompeius verbis abundans, dixiſſet *eas cohortes.* Sed mollior mutatio fuerit τῦ *expedire* in *expediri* ſc. a me; quod bene conuenit §pho ſeq. et reſpondet τῦ *ipſe ſatis ſ.* etc.

§. 3. *duabus leg.* Caeſari ademtis belli Parthici nomine. V. Caeſ. B. G. VIII. extr.

§. 5. *ſe—expl.* vt ſe per montes explicet. Durum hoc: ſed ſimile Coel. ep. III. §. 6. * Victorii codd. habebant *ſemper* pro *ſe per.*

nobis committendum, vt ad has XIV. cohortes, quas ego dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit. Quamobrem placitum eſt mihi, ac ita video cenſeri Marcello, et ceteris noſtri ordinis, qui hic ſunt, vt Brundiſium ducerem hanc copiam, quam me-
cum habeo. Vos hortor, vt, quodcunque militum con- 6
trahere poteritis, contrahatis, et eodem veniatis quam primum. Arma quae ad me miſſuri eratis, iis, cenſeo, armetis milites, quos vobiscum habetis. quae arma ſuperabunt, ea ſi Brundiſium iumentis deportaritis, vehemen-
ter reipublicae profueritis. De hac re velim noſtros cer- 7
tiores faciatis. ego ad P. Lupum et C. Coponium praetores miſi, vt ſe nobis coniungerent, et, militum quod haberent, ad vos deducerent.

CN. MA-

per. Quia tota ſententia hinc melius abeſſet, venit etiam in mentem, an non in fine §phi 2. ſcripta fuerit poſt *neque*. Sic *expedire* ibi e gloſſa eſſet.

CN. MAGNI EPIST. V.

(Att. VIII. 12.)

Ob silentium et moram Domitii mirari se ostendit, hortaturque, vt quam primum Luceriam veniat, aut saltem cohortes, quas scribit, ad se mittat.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Miror, te ad me nihil scribere, et potius ab aliis, quam a te, de republica me certiorem fieri. Nos, disiecta manu, pares aduersariis esse non possumus: coniunctis nostris copiis, spero nos et reipublicae et com-
2 muni saluti prodesse. Quamobrem cum constituisses, vt Vibullius mihi scripserat, a. d. V. Id. Febr. Corfinio proficisci cum exercitu, et ad me venire; miror, quid caussae fuerit, quare consilium mutaris. nam illa caussa, quam mihi Vibullius scribit, leuis est, te propterea moratum esse, quod audieris, Caesarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse. quanto enim magis ap-

pro-

§. 2. *a. d. V. Id. F.* pertinet ad *proficisci*, non ad *scripserat*, vt Mongault accepit, qui vertit: *dans sa lettre du neuvieme Fevr.* Sed Graeu. non posuerat incisum post *scripserat*. v. ep. II.

§. 3.

Placet haec epistola. Primo lenissimis verbis grauiter accusat Domitium, quod de rep. non scribat. A sententia vera, et apta ad rem, caput epistolae incipit; ex qua commode et apte cetera nectuntur.

§. 2. Bene caussam, ob quam Domitius moretur, docet talem esse, vt ob eam potius festinandum fuerit.

propinquare aduerfarius coepit, eo tibi celerius agendum erat, vt te mecum coniungeres, priusquam Caefar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere poffet.
3 Quamobrem etiam et etiam te rogo et hortor, id quod non deftiti fuperioribus litteris a te petere, vt primo quoque die Luceriam aduenias, antequam copiae, quas inftituit Caefar contrahere, in vnum locum coactae nos a nobis diftrahant.
4 Sed fi erunt, qui te impediant, vt villas fuas feruent, aequum eft, me a te impetrare, vt cohortes, quae ex Piceno et Camerino venerunt, quae fortunas fuas reliquerunt, ad me miffum facias.

CN. MA-

§. 3. * *aduenias* eft e correctione Erneftii pro *aduenires*, quod fane Pompeii non poteft effe, nifi adiectum ftatim fuit *venias*. fequitur etiam *diftrahant*, non *diftraherent*.

§. 4. Quia cauffa a Vibullio allata per fe videtur abfurda, ipfe eam amplius §. 1. declarat, et tacite fatetur, non prorfus abfurdam effe; ob eamque rem aliud poftulat, quod aequum effe cenfet. *quae — reliq.* hac fententia venufte, et vehementer quidem, incufat Domitianos, eosque pudore fuffundere vult, quod in tanto difcrimine villulas fuas tueri cogitent.

CN. MAGNI EPIST. VI.

(Att. VIII. 12.)

Domitium hortatur, vt, omissis aliis consiliis, cum omni copia ad se veniat.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Litteras abs te M. Calenius ad me attulit a. d. XIIII. Kal. Mart. in quibus literis scribis, tibi in animo esse obseruare Caesarem; et, si secundum mare ad me ire coepisset, confestim in Samnium ad me venturum: sin autem ille circum istaec loca commoraretur, te ei, si propius accessisset, resistere velle.
2 Te animo magno et forti istam rem agere existimo. sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse aduersario non possimus; cum ille magnas copias habeat, et maiores breui habiturus sit. non enim, pro tua prudentia, debes illud solum animad-

§. 1. *sec. mare* sc. superum. * *commoraretur*: rectius est *commoretur*. nam pendet tempus a *scribis*. Ferri tamen illud potest, quoniam in praesenti *scribis* vis praeteriti cogitatur.

§. 3.

Praeter inutiles verborum ambages non multum in hac ep. reprehendas. Ponit primo ex Domitii epistola, quid ille agere velit, vt melius appareat, ad quam rem maxime respondeat. Tum prudenter §. 2. eius consilium laudat, vt eo facilius homo asper et trucis ingenii (v. Manut. ad diu. VIII. 8.) se moneri patiatur. Monet autem haec maxime, vt non suae paucitati confidat, nec se cum legionibus ad eum venire postulet, sed vt ipse potius ad suas, Pompeii, legiones properet. Haec si paullo breuius exposuisset, ipsa breuitate significasset, periculum esse in mora.

§. 2. *Non enim — contr. sit:* haec plane superflua sunt, vt Planc. ep. V. §. 1. Plura talia apud

animaduertere, quot in praeſentia cohortes contra te habeat Caeſar, ſed quantas breui tempore equitum et peditum copias contracturus ſit. Cui rei teſtimonio ſunt litterae, quas Buſſenius ad me miſit; in quibus ſcribit, id quod ab aliis quoque mihi ſcribitur, praeſidia Curionem, quae in Vmbris et Tuſcis erant, contrahere, et ad Caeſarem iter facere. quae ſi copiae in vnum locum fuerint coactae; vt pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat; vt non pugnet, ſed locis ſuis repugnet: haerebis; neque ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris', vt frumentatum eas. Quamobrem te magno- 4
pere hortor, vt quamprimum cum omni copia huc venias. Conſules conſtituerunt idem facere. Ego Metuſcilio ad te mandata dedi, prouidendum eſſe, ne duae legiones ſine Picentinis cohortibus in conſpectum Caeſaris committerentur. Quamobrem nolito commoueri, ſi audie- 5
ris, me regredi, ſi forte Caeſar ad me veniet. cauendum enim puto eſſe, ne implicatus haeream. nam neque caſtra, propter anni tempus et militum animos, facere poſſum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit; ne rece-

§. 3. * *ab illis q.* Stroth. epp. ſell. p. 83. „*illis* Erneſt. vitioſe, quod a Bipontinis fideliter repertum nollem." Verum Graeuius tacite edidit ex cod. Balliol. quem Ern. ſecutus. Et defendi poteſt, quod facile Domitius e ſuis vel Pompeii litteris intelligebat, qui eſſent. Sed quia neceſſe non eſt, *τὸ aliis* ſeruauimus.

§. 6.

apud ſcriptores vett. me legere memini. Notaui autem Xenoph. Mem. III. 4. 12. et IV. 2. 5. De induſtria videntur huius generis tautologias conſectati eſſe, ad inculcandam aliquam ſententiam: quod ita probari poteſt, ſi particulae *γάρ* et *enim* poſitae ſunt pro *ſane* aut *vero*.

receptum amittam. itaque non amplius XIV cohortes
6 Luceriam coëgi. Consules praesidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri. nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse, aut regiones eiusmodi obtinere, e quibus repugnemus: id quod neutrum nobis hoc tempore contingit; quod et magnam partem Italiae Caesar occupauit, et nos non habemus exer-
7 citum tam amplum, neque tam magnum, quam ille. Itaque nobis prouidendum est, vt summam reipublicae rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor, vt cum omni copia quamprimum ad me venias. possumus etiam nunc rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus: sin distrahemur; infirmi erimus. mihi hoc constitutum est.

8 His litteris scriptis, Sica a te mihi litteras attulit et mandata. Quod me hortare, vt istuc veniam; id me facere non arbitror posse, quod non magnopere his legionibus confido.

CN. MA-

§. 6. *amplum* exercitatum et armatum.

§. 7. Melius esset: *Itaque quando nobis* etc. *habeamus; etiam atque* etc. Nam neque prior sententia digna est quae seorsim ponatur; neque altera sine coniunctione bene sequitur.

§. 8. Nimis breuiter respondetur ad litteras et mandata: nec certi quid Pompeius promittit aut negat; vt Domitius inde de rebus suis statuere non possit.

CN. MAGNI EPIST. VII.

(Att. VIII. 12.)

Rurſus hortatur Domitium, vt ad ſe veniat.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Litterae mihi a te redditae ſunt a. d. XIII. Kalend. Mart. in quibus ſcribis, Caeſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe. Quod putaui et praemonui, fit, vt nec in praeſentia committere tecum praelium velit, et, omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum 2
tibi ſit; atque iſtas copias coniungere optimorum ciuium poſſis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus.

Quo etiam magis tuis litteris ſum commotus. neque 3
enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntati ſatis confido, vt de omnibus fortunis reipublicae dimicem: neque etiam, qui ex delectibus conſcripti ſunt a conſulibus,

§. 2. * *atque iſtas c.* an ſcribendum *neque i. c.* —? multo certe vſitatius eſt, negationem repetere, ne affirmans ſententia videatur.

§. 4.

Bene cetera: tantum vis et breuitas deſideratur. Apta tamen breuitate illud placet §pho 4. *quod inter ſe — ſunt.* v. expl. Minus recte: *adu. copiae conueniant* pro *conuenerint.* nam dudum conuenire inſtituerant. v. ep. V. §. 3. et ep. VI. §. 3.

4 bus, conuenerunt. Quare da operam, ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, huc quamprimum venias: antequam omnes copiae aduerſariorum conueniant. neque enim celeriter ex delectibus huc homines conuenire poſſunt: et, ſi conuenirent, quantum iis committendum ſit, quod inter ſe ne noti quidem ſunt, contra veteranas legiones*, non te praeterit.

M. MAR-

§. 4. * *homines:* malim *omnes.* *qu. inter ſe — ſunt*, nedum vetuſta conſuetudine amici, vt ſperandum ſit, alterum ab altero defenſum iri, et ſic totum exercitum fore magis concordem et fidum.

4 bus, conuenerunt. Quare da operam, ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, huc quamprimum venias: antequam omnes copiae aduerſariorum conveniant. neque enim celeriter ex delectibus huc homines conuenire poſſunt: et, ſi conuenirent, quantum iis committendum ſit, quod inter ſe ne noti quidem ſunt, contra veteranas legiones*, non te praeterit.

M. MAR-

§. 4. * *homines:* malim *omnes.* *qu. inter ſe — ſunt*, nedum vetuſta conſuetudine amici, vt ſperandum ſit, alterum ab altero defenſum iri, et ſic totum exercitum fore magis concordem et fidum.

M. MARCELLI EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Commode nobis de M. Marcello aliquid dicturis occurrit Manutii iudicium, qui in commentario ad prima huius epistolae verba ita scripsit: „ Quantum ex hac epistola licet coniicere, laudatam in libro de claris oratoribus (c. 71.) Marcelli eloquentiam paullo plus, quam veritas concederet, existimo. nam cum ei verborum elegantiam, et copiam et splendorem vocis, dignitatem motus Cicero tribuisset; adiunxit, nullam oratoris in eo virtutem desiderari: atque etiam sibi similem esse, ostendit Bruti testimonio, quem loquentem inducit.“ Recte quidem magnus ille interpres: sed ex hac epistola statui non posse arbitror, quia, quantum equidem sentio, est valde corrupta et manca. Quamobrem ita Ciceroni assentiendum esse opinor, vt eius iudicium hac epistola confirmare nolimus. Maiorem eius partem in anal. non dicam refingere, (quis tale quid sine libris audeat?) sed effingere ad veritatis speciem conati sumus, non temere tamen coniectantes: quae iudicandi saltem materiam praebebunt.

(ad diu. IV. 11.)

Significat Marcellus, se plus Ciceronis, quam fratris hortatu commotum esse, vt Romam redire statueret. Eius gratulationem, magis tamen beneuolentiam, sibi gratissimam esse demonstrat.

MARCELLVS CICERONI S.

Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maxime negotio, potes existimare. Cum mihi C. Marcellus, frater amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret; non prius mihi persuadere potuit, quam tuis

est

§. 1. ***in h. m. negotio***, vt ab exilio, concedente Caesare, Romam redirem. * ***non prius — effectum litteris:*** quomodo dici potest, C. Marcellum persuasisse, quod Ciceronis tamen litteris effectum est? haec plane repugnant, nec ita a Marcello prolata esse possunt.

§. 3.

Parum nobis probata epistola. Argumentum quidem indicauimus: sed certum consilium auctoris pro certo indicare non possumus. nec enim satis apparet, gratiasne Ciceroni agere, an ab ipso potius gratiam expetere voluerit. Res tamen ipsa et maior epistolae pars illud suadet credere. In magna verborum perspicuitate pleraque tamen obscura sunt, quia nexus sententiarum non facile sentitur.

Clarius priora ita scripta essent: ***Plur. — negotio, ex eo potes existimare, quod, cum mihi — — potuit, quam tuae, quas proxime accepi, litterae accesserunt. Nam cum multa Mitylenis me retinerent, multa me Rhodum inuitarent, alia in aliam vocarent partem; maxime tuis est eff. — sit acta, quantopere eo ipso die pro me laboraueris; venia autem mihi a Caesare data, quanto cum gaudio illi gratias egeris, vestrae litt. — Quare gratulatio t. — Rel. sunt eiusmodi, quae nonnisi florente rep. delectare possint; quibus ego, q — quisquam viuere fortunate possit.*** Extremam

eſt effectum litteris, vt vterer veſtro potiſſimum conſilio. Res quemadmodum ſit acta, veſtrae litterae mihi declarant. 2
Gratulatio tua etſi eſt mihi probatiſſima, quod ab optimo ſit animo; tamen hoc mihi multo iucundius eſt et gratius, quod in ſumma paucitate amicorum, propinquorum ac neceſſariorum, qui vere meae ſaluti fauerent, te cupidiſſimum mei, ſingularemque mihi beneuolentiam praeſtitiſſe cognoui. Reliqua ſunt eiusmodi, quibus ego, 3
quoniam haec erant tempora, facile et aequo animo carebam. hoc vero eiusmodi eſſe ſtatuo, vt, ſine talium virorum et amicorum beneuolentia, neque in aduerſa, neque in ſecunda fortuna quisquam viuere poſſit. Itaque in hoc ego mihi gratulor: tu vero vt intelligas, homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, re tibi praeſtabo.

C. MA-

§. 3. *reliqua*, dignitas, fortunae, et cetera ciuis Romani iura et ornamenta; tum forum, curia etc. * *quibus ego:* ante haec verba certe quaedam deſiderantur. *τὸ eiusmodi eſſe* bis poſitum, tam paucis interiectis, minus offendit, quam tempora: *ſunt*, *erant*, *carebam.* Saltem coniunctiuus poſtulatur poſt *quibus*. *hoc v. — ſtatuo.* Sic ſaepe Cicero. Pronomen *hoc* multa continet; ſc. rerum externarum, exceptis amicis, commoda et ornamenta.

* nam particulam non audeo tangere. Nimis breuia, neque concinna ſunt. Credas pronomina *ego* et *tu* opponi: ſed ſententiae nihil habent, quo inter ſe referantur.

C. MATII EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

C. Matius ob ingenii animique virtutes egregias, quas ep. II. prodidit, ita nobis placet, vt eum *Brutum Caesarianum* nominare non dubitemus, et cum voluptate fauentesque illud legamus, quod Cicero ad Trebatium (ad diu. VII. 15) fcribit: *quod in C. Matii, fuauiffimi doctiffimique hominis familiaritatem venifti, non dici poteft, quam valde gaudeam: qui fac vt te quam maxime diligat. mihi crede, nihil ex ifta prouincia potes, quod iucundius fit, deportare.* Fueritne idem, qui ex Columella, Plinio et Macrobio artibus et fcriptis oeconomicis clarus memoratur, aut qui a Gellio paffim laudatur poëta Cn. Matius, vix animus eft indagare. Sufficit nobis Ciceronis teftimonium, fi quid teftimonio opus eft. Habemus enim epiftolam eius, eloquentiffimam ipfius laudatricem, quae ad eum nobis commendandum facile omnia omnium teftimonia laudesque fuperat.

Sed vt eo accedamus, quo res vocat, fubtilis et accuratus fcriptor eft Matius nofter, vt nec in fingulis, nec in toto rerum nexu et ordine ceffet. In fententiis videtur Cicerone crebrior, in verbis aliquanto breuior, ita integer tamen, vt non repe-

rias,

rias, quod addi possit, atque ita illustris, vt ornatum non desideres, adeoque Sulpicio similem statuere possis. Et haec quidem in Matio sunt eo magis admiranda, quod magnam vitae partem vel in castris apud Caesarem, vel in rei familiaris negotiis transegit, neque artes dicendi tractare et colere felici otio potuit. Quodsi ante quaestoriam aetatem, vt Manut. ex Quintiliano *) refert, caussas egit, multum damni factum est, quod non in eo genere studii perseuerauit, in quo, nisi me omnia fallunt, paucos pares, superiorem neminem habiturus fuisset.

*) Locus Quintiliani est XII. 6. vbi Manut. legerat: *Caluus, Caesar, Pollio, Matius multum ante* etc. Sed Burmannus, qui Matium oratorem fuisse non putabat, eius nomen cum aliis editt. omisit, vnde Gesnerus nec in varr. lectt. notauit: recte; sed ita vt nominis h. l. detractio nihil de laude Matii detrahat, quem stilus et declamatio formarant, vt *posset* saltem, si vellet, caussas agere.

C. MATII ET C. TREBATII EPIST.

(Att. IX. 15.)

De Pompeii profectione Caeſariſque factis et conſiliis Ciceronem certiorem faciunt: cuius mandata ſibi curae eſſe nuntiant.

MATIVS ET TREBATIVS CICERONI
IMP. S.

Cum Capua exiſſemus, in itinere audiimus, Pompeium
Brundiſio a. d. XVI. Kalend. April. cum omnibus co-
piis, quas habuit, profectum eſſe; Caeſarem poſtero die
in oppidum introiſſe; concionatum eſſe; inde Romam
contendiſſe; velle ante Kalend. eſſe ad vrbem, et paucos
2 dies ibi commorari, deinde in Hiſpanias proficiſci. No-
bis non alienum viſum eſt, quoniam de aduentu Caeſaris
pro certo habebamus, pueros ad te remittere, vt id tu
3 quam primum ſcires. Mandata tua nobis curae ſunt,
eaque,

* Et oratio ab oratione ep. ſeq. diſcrepans, et iocus, quem ſpho 3. ineſſe credimus, mouet nos, vt auctorem Trebatium putemus; de quo homine qui plura cupit, cognoſcet ex epp. Ciceronis L. VII. 5—22.

§. 1. *exiſſemus* Caeſari obuiam euntes.

§. 3. *mand. tua:* haec, opinor, vt cum Caeſare de ſe agerent, et ad ſe illum ſermonem confeſtim deferrent. Hinc illud: *Treb.*

Epiſtola nihil minus quam pulchra et ornata; pro re tamen et tempore optima. Breuiter enim, nec minus diligenter et clare, quae rumore de Caeſare ferantur. Subiicitur prudenter, quid ex his certum non *ſit*, ſed ipſi *putent.*

eaque, vt tempus poſtularit, agemus. Trebatius Scaevola facit, vt antecedat.

Epiſtola conſcripta, nuntiatum eſt nobis, Caeſarem a. d. VIII. Kal. April. Beneuenti manſurum, a. d. VII. Capuae, a. d. VI. Sinueſſae. hoc pro certo putamus. 4

C. MATII EPIST.

(ad diu. XI. 28.)

Breuiter reſpondet Ciceronis epiſtolae, (ad diu. XI. 27.) et ſe purgat aduerſus eos, qui ipſi obiiciunt, quod de Caeſaris morte doleat, quod eius ludos curauerit, et ſaepe ad Antonium venerit.

MATIVS CICERONI S.

Magnam voluptatem ex tuis litteris cepi, quod, quam ſperaram atque optaram, habere te de me opinionem,

Treb. — antecedat, nempe vt ad te prius, quam aut ego Matius, aut Caeſar veniat. cf. Att. IX. 17. Quia autem *facit*, non *faciet*, dicitur, et quia *antecedendi* verbum adhibetur; iocoſa ambiguitate alludi ſuſpicor ad *anteceſſorem*, i. e. iuriſconſultum, Trebatium, vt hactenus Boſii ſententiam non improbem. Circumlocutio *facit, vt antec.* ſtudium et feſtinationem indicat. Sic pro Flacco c. 24. *facite, vt recordemini*. Vid. et Verr. II. 75. Cluent.* 40.

Egregia ſane et ingenuae libertatis nec non vrbanitatis plena epiſtola, et melior aliquanto, quam Ciceronis, ad quam reſcribitur (ad diu. XI. 27.) Nam ea maiorem partem declamatione non aptiſſima conſtat, qua cauſſam ſuam magis obſcurat et ſuſpectam reddit, quam commendat; vt illud valeat, quod I. C. T. Erneſti, vir exquiſitae doctrinae, et ſuo nomine digniſſimus, acute et ſubtiliter diſputat in *Auserleſene Briefe Ciceros*, ep. II. Vitium ipſe Cicero ſenſit, cum diceret: *quorſum ig. — longior, q. putaram?* In reliquis Matium poſſumus Ciceroni fere parem ponere.

Ad

nem, cognoui. de qua etsi non dubitabam, tamen, quia maximi aestimabam, vt incorrupta maneret laborabam.
2 Conscius autem mihi eram, nihil a me commissum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum. eo minus credebam, plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse; praesertim in quem mea propensa et perpetua fuisset atque esset beneuolentia.
3 Quod quando, vt volui, scio esse; respondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat tua singulari

§. 2. *temere q. persu. p.* nedum illud, quod in lege Caesaris suffragium tulerim.

§. 3. *par* h. l. ablatiuum habet, vt cic. de diu. II. 55. insolens hoc est. Haec tamen Bengelii ratio facillima. Post *erat* incisum non po-

Ad maximam epistolae partem Matius paucissima respondet, quod ille sibi sumere poterat, qui se virtute et candore superiorem Ciceroне gerere vellet. Cumque nugas et mera verba iudicaret, quae Cicero praeponit, antequam ad querelam respondeat, statim a §. 3. ad crimina in se ab inimicis collata conuertit, quibus ita respondet, vt Ciceronem ipsum non obscure nec leniter accuset. Hic caussam aliquam desidero, quare ad illa crimina respondeat; cum praesertim Cicero dixerit, a se illum defendi, atque id ipse agnoscere videatur. In ipsa disputatione prudenter id, in quo caput est, praetermittit. nam post §phum 4. doceri debebat, v. g. Pompeium multo foedius facturum fuisse; Caesarem indigne periisse, alios multo audaciores ad opprimendam libertatem fore. Sed callide subiicit, se astute agere non velle; fateri, *ad istum gradum sapientiae non peruenisse*, vt illud diiudicare possit: in qua sententia inest falsa ironia ad deridendam eorum, qui sibi sapere videntur, atque in primis Ciceronis, stultitiam. Caute ergo omnem per singula capita defensionem eo dirigit, vt amicitiam et priuatum officium se sequi et secutum esse ostendat. Et profecto, nisi quid a Caesare in posterum exspectauit, eius fidem et humanitatem, remota cupiditatis suspicione, tum ob alia, tum ob id, quod §. 6. dicitur, agnoscere debemus.

§. 1. *de qua — laborabam:* ὁμοιοτέλευτον rhythmus non gratus.

lari bonitate et amicitia noſtra, ſaepe reſtitiſti. Nota
enim mihi ſunt, quae in me poſt Caeſaris mortem contu-
lerunt. Vitio mihi dant, quod mortem hominis neceſſa- 4
rii grauiter fero, atque eum, quem dilexi, periiſſe indi-
gnor. Aiunt enim, patriam amicitiae praeponendam
eſſe: proinde ac ſi iam vicerint, obitum eius reipublicae
fuiſſe vtilem. Sed non agam aſtute: fateor, me ad iſtum 5
gradum ſapientiae non perueniſſe. Neque enim Caeſa-
rem in diſſenſione ciuili ſum ſecutus; ſed amicum, quam-
quam re offendebar, tamen non deſerui. neque bellum
vmquam ciuile, aut etiam cauſſam diſſenſionis probaui;
quam etiam naſcentem exſtingui, ſumme ſtudui. Itaque 6
in victoria hominis neceſſarii neque honoris neque pecu-
niae dulcedine ſum captus: quibus praemiis reliqui, mi-
nus apud eum, quam ego, cum poſſent, immoderate
ſunt abuſi. Atque etiam res familiaris mea lege Caeſaris 7
diminuta eſt: cuius beneficio plerique, qui Caeſaris mor-
te laetantur, remanſerunt in ciuitate. Ciuibus victis vt
par-

ponendum. dicendum enim eſſet: *pro tua* etc. et *noſtra* etiam durum eſſet. * *contulerunt:* ſic Gorl. et Magd. pro *contulerint;* recte. nam non antecedit *notum eſt*, et *quae* debet eſſe relatiuum.

§. 5. *ad iſtum gr.* Beng. „vt neceſſarii morte non doleam." melius tamen, opinor: vt iudicare poſſim, vtilisne fuerit reip. mors Caeſaris, an damnoſa.

§. 7. *lege Caeſaris*, de qua ipſe in commentt. B. G. III. 1. *dimin. eſt*, non vere, ſed in ſpeciem: cautum modo eſt, vt non belli beneficio in fraudem debitorum augeretur. Quo cum multa pecunia in exteras terras diffuſa eſſet; aequiſſimum erat, tabulas nouas fieri: quod quoniam iniquum vulgo ferebatur, aeſtimandum erat, quanti quaeque poſſeſſio ante bellum fuiſſet, vt ipſis poſſeſſionibus debita ſolverentur. Hoc et facilius, et vulgo minus inuidioſum, et tamen re

ipſa

parceretur, aeque ac pro mea ſalute laboraui. Poſſum igitur, qui omnes voluerim incolumes, eum, a quo id impetratum eſt, periiſſe, non indignari; cum praeſertim
8 iidem homines illi et inuidiae et exitio fuerint? Plecteris ergo, inquiunt, quum factum noſtrum improbare audes. O ſuperbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunite licere! At haec etiam ſeruis ſemper libera fuerunt; timerent, gauderent, dolerent ſuo potius, quam alterius arbitrio: quae nunc, vt quidem iſti dictitant, libertatis au-
9 ctores metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt: nullius vnquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate deſciſcam. numquam enim honeſtam mortem
10 fugiendam, ſaepe etiam oppetendam putaui. Sed quid mihi ſuccenſent, ſi id opto, vt poeniteat eos ſui facti? cupio enim Caeſaris mortem omnibus eſſe acerbam. At debeo pro ciuili parte rempublicam velle ſaluam. Id quidem me cupere, niſi et anteacta vita, et reliqua mea ſpes, tacente me, probat, dicendo vincere non poſtulo. Quare

ipſa idem erat. *illi* eſt datiuus. *inuidiae* fuerunt Brutus et Caſſius Caeſari, i. e. eum in odium adduxerunt Caeſarianorum, quibus honores denegarat, vt illis daret. *exitio* fuerunt, quod ipſi illum interfecerunt.

§. 9. *oppet.* malim *appetendam*, etſi illud in pluribus codd. legitur et alias melioribus.

§. 11.

§. 8. Inuidioſe extenuat rem *improbare*, pro *moliri aliquid in poenam, et perniciem interfectorum Caeſaris. vt qu. iſti d.* haec non ſatis clare ad *libertatis auctores* referuntur. malim: *libertatis, vt iſti q. — auctores.* et mirum ni Matius alio ordine ſcripſit, ac nunc legitur.

Quare maiorem in modum te rogo, vt rem potiorem ora- 11
tione ducas; mihique, si sentis, expedire recte fieri, cre-
das nullam communionem cum improbis esse posse. An 12
quod adolescens praestiti, cum etiam errare cum excusa-
tione possem, id nunc, aetate praecipitata, commutem,
ac me ipse retexam? Non faciam: neque, quod displiceat,
committam, praeterquam quod hominis mihi coniunctis-
simi ac viri amplissimi doleo grauem casum. Quodsi ali- 13
ter essem animatus, numquam, quod facerem, nega-
rem; ne et in peccando improbus, et in dissimulando ti-
midus ac vanus existimarer. * At ludos, quos Caesaris 14
victoriae Caesar adolescens fecit, curaui. At id ad pri-
vatum officium, non ad statum reipublicae pertinet.
quod

§. 11. *rem pot. oratione:* v. anal.

§. 12. * *non faciam neque.* Post haec verba aliquid huius fere structurae desideres: *facere possum. Quamobrem si ingenue et aperte ago, improbitatemque omnem detestor, quid me insectantur, cum iniuriam illis non faciam, neque* etc. Etenim *non faciam* vix satis dicit. τὸ *neque* saltem *tamen* adiunctum habere debet. In *displ.* quaeri potest: num omnino in vulgus? an Pompeianis omnibus? an sicariis solis? hic datiuus non commode abest. denique cur *doleo?* imo *dolebo*, si cetera sana sunt.

§. 14.

§. 11. *rem — ducas:* breuiter, concinne, nec vulgariter pro: vita anteacta, et spe mea reliqua clarius doceri existimes, me remp. saluam velle, quam argumentis, quibus id probabile facere possim. *mihique* pertinet tam ad *expedire*, quam ad *nullam — — posse;* quae negligentia, si qua est, vix sentitur: et ingratum est illud pronomen bis positum.

§. 13. *inp. — vanus:* adiectis verbis: *in peccando* et *in dissimulando* doctior fit oratio, clarior etiam, et grauior. Similis elegantia est, de qua Ernesti Init. Rhet. §. 299.

quod tamen munus et hominis amiciſſimi memoriae atque honoribus praeſtare, etiam mortuo, debui; et optimae ſpei adoleſcenti, ac digniſſimo Caeſare, repetenti negare
15 non potui. Veni etiam conſulis Antonii domum ſaepe; ſalutandi cauſſa: ad quem, qui me parum patriae amantem eſſe exiſtimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi
16 cauſſa, frequentes ventitare reperies. Sed quae haec eſt arrogantia, quod Caeſar numquam interpellauit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer; eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne, quos velim, diligam?
17 Sed non vereor, ne aut meae vitae modeſtia parum valitura ſit in poſterum contra falſos rumores; aut ne etiam ii, qui me non amant propter meam in Caeſarem conſtantiam, non malint mei, quam ſui ſimiles amicos habe-

§. 14. * *tamen;* an *tum?* paullo aptius ſaltem hoc, quod cum illo ſaepiſſime permutatur. * *atque hon.* Haec Erneſtii lectio comprobatur a Gorl. et Magd. Alii: *ac h.* * *mortuo* habent item G. et M. Eſt ablatiuus abſolutus. * *repetenti* iidem habent pro *petenti*, et recte. reſpondet antec. *debui*, et vim maiorem habet, vt conſentaneum ſit reliquae orationi. Potuit ſcil. vt Victorii argumentum aduerſus ipſum conuertamus, ob vltimam ſyllabam in *Caeſare*, facile ſequens *re* perire. Ponuntur autem verba *repetere*, *repoſcere*, *reddere*, (*ἀπαιτεῖν*, *ἀποδιδόναι*) *recipere* etiam, (ex ſententia Pompon. Sab. Virg. Aen. IV. 656.) vbi res iure et debiti nomine exigi poteſt.

§. 14. *qu. tamen m.* offendit *τὸ tamen:* mallem *quidem;* aut totum ita: *Quod igitur munus hom. — debuit, id opt.* etc. add. expl.

§. 17. *ſui ſimiles:* acerbius hoc eſt in Ciceronem dictum, in quem auctor et aliis locis inuehitur, ita tamen, vt vrbanum hominem agnoſcas.

habere. Mihi quidem ſi optata contingent, quod reli- 18
quum eſt vitae, in otio Rhodi degam: ſin caſus aliquis
interpellarit, ita ero Romae, vt recte fieri ſemper cupiam.
Trebatio noſtro magnas ago gratias, quod tuum erga 19
me animum ſimplicem atque amicum aperuit; et quod
eum, quem ſemper lubenter dilexi, quo magis iure co-
lere atque obſeruare deberem, fecit. Bene vale, et me
dilige.

METELLORVM EPISTOLAE.

Coniectura de eorum ingeniis et oratione.

Duae sequuntur duorum fratrum epistolae, de quorum ingeniis et artibus Ciceronem iudicem audire debemus, ipsi pronuntiare non possumus. Sic autem ille in Bruto c. 70: *Duo Metelli, Celer et Nepos* [*non*] *nihil in caussis versati, nec sine ingenio, nec indocti, erant populare dicendi genus assecuti.* Quo loco vix dubitamus Riuii a Lambino probatam coniecturam asserere, qui pro *nihil* ponit *nonnihil.* Nam, vt alia taceam, Asconius in diuinat. ita dicit: *cum fuit reus M. Lepidus* — — *instantibus ad accusandum eum Metellis duobus, Celere et Nepote.* Prooem. in Verr. ad c. 2. idem *Q. Metellum accusatorem* a quibusdam dici refert: et in comment. pro M. Scauro: *Laudauerunt Scaurum consulares nouem.* — *Q. Metellus Nepos* etc. Neque vero illud *nonnihil* ex mera coniectura videtur esse. nam Corradus: „*nihil;* aliter *nonnihil.*" In ipsa autem Nepotis epistola verba: *bis eum seruaui* ita accipiunt, vt accusatum de vi Clodium dicat a se defensum. Sed redeamus ad rem, si qua est. Vix enim coniicere fas est. Si tamen tanti esset, aliquid audere, in Celere nec ingenium facile, nec doctrinam, in Nepote vero vtrumque non tam agnosceremus, quam laudari concederemus.

Q. ME-

Q. METELLI CELERIS EPIST.

(ad diu. V. 1.)

Queritur, se absentem a Cicerone derisum, fratrem praesentem oppugnatum esse; quod non fore inultum minitatur.

Q. METELLVS Q. F. CELER. PROCOS. S. D. M. T. CICERONI.

Si vales, bene est. Existimaram, pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec absentem [me] ludibrio laesum iri, nec Metellum fratrem, ob dictum,

Ad intelligendam hanc, et Ciceronis responsoriam, (ad diu. V. 2.) propter quam haec lectu digna est, non inutile erit haec praeponere. Cum Cicero consul Catilinarios indicta caussa interfici iussisset; Metellus Nepos trib. pl. consulatu abiturum prohibuit, ne de consulatu gesto concionaretur, *quod ei, qui in alios animaduertisset indicta caussa, dicendi ipsi potestatem fieri non oporteret.* Itaque Cato et ipse trib. pl. Ciceronem pro concione ita laudauit, vt ei abunde satisfieret. Inde Metellus nouas leges aduersus collegarum, (quod ad Catonem maxime spectabat,) intercessionem moliri, Caesar eum propugnare, donec ambo, et Caesar et Metellus, administratione reip. decreto senatus summouerentur; quod tamen decretum tumultus ciuilis timore biduo post inductum est. Haec maximam partem ex Dione L. XXXVII. c. 38 sqq. Reliqua melius illustrat Cicero.

§. 1. * [*me*] Si hoc Metellus omisisset, nihil dubitans, et ipso approbante, adderem: aliorum caussa vncis inclusi.

§. 2.

Valde mediocriter scripta epistola, neque digna per se, cui tam diligenter Cicero responderet. Nam neque concinna verbis, nec numeris bene composita, nec sententiis vrbana est, vt hominem de plebe ista effudisse credas, nisi *familiae nostrae dignitas* commemoretur. Itaque pauca tantum.

§. 1. *nec M. fr.* imo: *nec praesen-*

2 ctum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri. Quem
si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel familiae
nostrae dignitas, vel meum studium erga vos remque
3 publicam, satis subleuare. Nunc video illum circumuen-
tum, me desertum, a quibus minime conueniebat. Ita-
que in luctu et squalore sum, qui prouinciae, qui exer-
4 citui praesum, qui bellum gero. Quae quoniam nec ra-
tione, nec maiorum nostrorum clementia administrastis,
non erit mirandum, si vos poenitebit. Te etiam mobili
in me meosque esse animo, non sperabam. Me interea
nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a republica
abducet. Vale.

Q. ME-

§. 2. * *deb. vel:* Magd. *debebat tamen vel.* Sed illud *tamen* tum vsu, tum auctoritate codicum commode abest. *pudor;* abstinentia ab omni improbitate.

§. 3. *qui prou. — gero:* praeerat Galliae citeriori, et cum Inalpinis bellum gerebat.

§. 4. *ratione*, vt res ipsa postulabat. *vos*, te et Catonem maxime. * *Te etiam.* Cicero ita respondet, vt *te* addi debeat; ratio ipsa ita vult. codd. tantum habent *etiam.* Haec autem coniunctio non pertinet ad *mobili*, sed ad *te.*

sentem M. f. quoniam *absens* antecessit; quamquam fateor, hoc minus necessarium. Cicero respondens: *praesenti restiti;* vbi Corradus iter eius Asiaticum opponi putat, quod ferri potest, vt suspicionem de omissa hac voce dimiserim.

§. 3. Concinnius et ad indignitatem declarandam aptius erat, etiam de fratre h. l. aliquid dici; v. g. *Itaque ille patria, pro qua laborabat, eiectus est: ego in l.* etc.

§. 4. *Te etiam — sper.* inepta repetitio rustice et inscite expostulantis.

Q. METELLI NEPOTIS EPIST.

(ad diu. V. 3.)

De contumeliis cuiusdam, quem fratrem appellat, queritur, et in eius loco Ciceronem sibi esse optat. Scribit, cui suas et prouinciae rationes commiserit, et pristinam Ciceronis voluntatem sibi conseruari vult.

Q. METELLVS NEP. S. D. M. CICERONI.

Hominis importunissimi contumeliae, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur; et, vt sunt leues eiusmodi homines, a me despiciuntur; libenterque, commutata persona, te mihi fratris loco

§. 1. *hominis imp.* P. Clodii. *concionibus* Roma ad me in Hispaniam perlatis. * *homines:* vnus Manutii cum Torg. *hominis* habet, quod verum puto: illud autem habent Gorl. et Magd. cum plerisque. Notauimus et alio loco, librarios saepe proximorum verborum formis et terminationibus deceptos, cum ad sensum attendere illis non vacaret, verba mutasse. Sic h. l. sic Vat. ep. II. §. 2. posuerunt *cepit* pro *cepi* et §. 3. *actiones* pro *actione.* *fratris:* nam patruelis eius erat Clo-

§. 1. Iusto breuior videtur epistola. *quibus:* patet ad *contumelias* referri, non ad *conciones*, sed tamen, vt Quintilianus de talibus iudicat, fecit auctor ambiguum, quantum in ipso fuit. *tuis — leniuntur:* placet breuitas, quae apparet, si cogitas, non vitiose et sic dici: *per se mihi graues et molestae esse debent: sed cum tua erga me officia cogito* etc. Non displicet τo *leniuntur*, vt maxime proprium h. l. Non inusitate tamen, et fortasse aptius ob v. *onerat*, diceres: *leuantur* vel *eleuantur.* *de illo — volo:* recte; si tam in nostra potestate esset obliuisci, quam meminisse.

loco esse duco. De illo ne meminisse quidem volo; tametsi bis eum inuitum seruaui.
2 De meis rebus, ne vobis multitudine litterarum molestior essem, ad Lollium perscripsi; de rationibus prouinciae quid vellem fieri, vt is vos doceret et commonefaceret. Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues. Vale.

L. PLAN-

Clodius, vt eum fratrem posset dicere. * *De illo — volo:* Bened. *ne* omittit et pro *nolo* ponit *volo*, quod et Magd. habet. Sed vt rectius sic scribatur, totus tamen locus adhuc laborat, vt vel ante, vel post illa verba deesse aliquid putem. nam sententia ambigua et futilis est per se, et ob verbum *meminisse;* et ratio magis inepta sequitur. Fingo mihi tale quid: *quod de eiiciendo — cogitat;* vel *quod vim aduersus — parat.*

§. 2. *prouinciae* Hispaniae, cui ex consulatu Metellus praeerat. * *vt is:* hic nomen eius desidero, ad quem de *ratt. prouinciae* scripserit, vt ante haec exciderit *ad* N.

L. PLANCI
EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Paullo confidentius de hoc L. Munatio Planco dicere nobis licebit, quod et ſat multas eius epiſtolas habemus, et minus, quam aliorum v. g. Coelii, corruptas. Hic non modo virtutes habuit oratoris, ſed etiam nomen profeſſus eſt, vtpote, qui diſerte a Plinio H. N. VII. 12. et ab Aſconio arg. in or. pro Milone *orator* appelletur; et cui a Cicerone, (quamquam hoc minus clarum eſt,) ſimilitudo ſtudiorum et artium tribuatur ad diu. XIII. 29. Quod ad laudem ipſam attinet, Ciceronis non magna eſt in hac re auctoritas: cuius ſi iudicium deſideras, non exiguam Planci laudem reperies ad diu. X. epp. 3, 12 et 16. Nos ipſi ex eius epiſtolis ſtatuemus. Putamus autem, bonum oratorem fuiſſe, foro tamen et curiae, quam concionibus aptiorem. Magnam enim in epiſtolis adhibuit cogitationem, vt grauiſſimis tam ſententiis, quam verbis vteretur; ſententiis etiam ita acutis, vt, cum intellexeris, gaudeas, non quaſi legeris, ſed quaſi ipſe inueneris. Hoc cum in talibus ſcriptis fecerit, quae exquiſitam artem non deſiderant, vix dubitandum eſt, quin magis etiam in orationibus id laborauerit. Iſtud autem genus ſententiarum ſuo tempore et loco vſurpatum ita probari debet, ſi caſte adhibeatur, orationemque diſtinguat, et exornet, non per omnia ſe effundat. Fatigat enim longior oratio lectoris et auditoris attentionem, et facile ſatietatem affert:

quod etiam in his epiſtolis vſu venit, ſi vno tenore perleguntur.

Ceterum, vt planius et vberius dicamus, quod profeſſi ſumus, videtur nobis Plancus in excogitando ſolers, ſed nimis interdum curioſus, ſententiis non modo grauis, ſed, vt diximus, acutus etiam, et ob id paſſim valde ſuauis; in verborum copia ita modicus, vt nihil detrahi poſſit, delectu autem praeſtantiſſimus, vt nec proprietatem, nec vrbanitatem deſideres; numeris denique non minus apte temperatus: quae omnia eius orationi nitorem admirabilem conciliant. Hoc exquiſitum et ſplendidum genus orationis non natura ſed ſtudio ſecutus videtur, necdum eam aſſecutus facultatem, vt ſine diligenti meditatione ſemper ſe ſui ſimilem praeſtaret, ſed interdum in humile genus delaberetur. Quod autem epiſtolas tam comtas nobis dedit, et a quotidiani ſermonis ſimplicitate tam diſcrepantes, in eo excuſandus neque errore lapſus videri debet, quia eas vel publice ſcripſit, vel ad hominem aetate, doctrina et eloquentia ſuperiorem, et auctoritate tum florentiſſimum, cum quo adeo nihil negligenter ſibi agendum putaret.

L. PLAN-

L. PLANCI EPIST. I.

(ad diu. X. 4.)

Respondens Ciceroni se vt filium ei obtemperaturum et ex eius sensu pro rep. omnia facturum pollicetur.

PLANCVS CICERONI.

Gratissimae mihi tuae litterae fuerunt; quas ex Furnii
sermone te scripsisse animaduerti. Ego autem prae-
teriti temporis excusationem affero, quod te profectum
audieram: nec multo ante rediisse sciui, quam ex epistola
tua cognoui. Nullum enim in te officium, ne mini- a
mum

§. 1. *excusationem*, quod ad te non scripsi. Viderur Cicero ad diu. X. 3. ad quam ep. auctor respondet, eum hoc nomine accusasse, cum dixit *illum aud. — audire.* * Sed, ne quid dissimulem, aliquid hic intercidisse suspicatus sum. nam 1) *τὸ autem* non satis aptum: 2) *praet. temporis* ad remotiora potius, pro vsu verborum, spectat, quam ad iter modo susceptum: 3) offendit, quod de intermissione litterarum, de qua non in aurem loquimur, non clare, non vul-

Nec argumento nec oratione vulgaris epistola, sed valde bene et cogitate scripta. Caute et verbis moderatissimis, et, ob id ipsum, minus clare Cicero petierat a Planco, ne cum Antonio se coniungeret. Pari modo respondet Plancus, et aeque amanter. Ille necessitudinem cum domo Planci, amorem erga ipsum, familiaritatem commemorat: hic item ad necessitudinem paternam, sed statim, aetatis ratione habita, ad obseruantiam tantum suam illiusque amorem mutuum prouocat: et ad singula deinceps decore et modeste respondet; quae omnia non modo ad exercendum iudicium, sed etiam ad vitae vsum comparari merentur. De reliquo haec tantum singulatim considerabimus.

§. 1. *ex F. — animadu.* consulto ambigue. non dicit, sed intelligi vult, Furnium de dubia Planci in remp. fide ad Cic. detulisse.

mum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe praeterire: in quo tuendo habeo cauſſas plurimas, vel paternae neceſſitudinis, vel meae a pueritia obſeruantiae, vel tui erga
3 me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuaque patitur aetas, perſuade tibi, te vnum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem. Omnia igitur tua conſilia mihi non magis prudentiae plena, quae ſumma eſt, videntur; quam fidelitatis, quam ego ex
4 mea conſcientia metior. Quare, ſi aut aliter ſentirem, certe admonitio tua me reprimere; aut, ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet, vt id ſequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid eſt, quod me in aliam
5 partem trahere poſſit? Quaecumque in me bona ſunt, aut fortunae beneficio tributa, aut meo labore parta, etſi a te propter amorem carius ſunt aeſtimata; tamen vel inimiciſſimi iudicio tanta ſunt, vt praeter bonam famam ni-
6 hil deſiderare videantur. Quare hoc vnum tibi perſuade; quantum viribus eniti, conſilio prouidere, auctoritate mouere potero, hoc omne reipublicae ſemper futurum.

vulgaribus verbis dicit: 4) deſidero excuſationem ad illa Ciceronis: *Scis prof. (nihil enim te f. p.) fuiſſe* etc. Quare ante verba: *te profectum* in hanc ſententiam ſcriptum fuerit: *te monitore carui, neque tum, quid optimum eſſet, ſatis ipſe indicare potui. Hoc vero tempore, cum conſilio tuo egerem, ad te non ſcripſi, quod* etc. *profectum;* in Graeciam.

§. 3. *ex m.—metior:* v. anal.

§. 4. *in al. partem,* Antonianam.

§. 6. * *monere.* Sic Gorl. et Magd. pro *mouere.*

§. 8.

§. 3. *ex m.—metior* breuiter nec obſcure pro: *ex meae pietatis, cuius mihi conſcius ſum, magnitudine m.*

rum. Non eſt ignotus mihi ſenſus tuus: neque, ſi facul- 7
tas, optabilis mihi quidem, tui praeſentis eſſet, vmquam
a tuis conſiliis diſcreparem; nec nunc committam, vt
vllum meum factum reprehendere iure poſſis. Sum in 8
exſpectatione omnium rerum, quid in Gallia Citeriore,
quid in vrbe menſe Ianuario geratur, vt ſciam. Interim
maximam hic ſollicitudinem curamque ſuſtineo, ne inter
aliena vitia hae gentes noſtra mala ſuam putent occaſio-
nem. Quod ſi proinde, vt ipſe mereor, mihi ſucceſſe- 9
rit; certe et tibi, cui maxime cupio, et omnibus viris
bonis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

L. PLAN-

§. 8. *Gallia cit.* Mutinae maxime, vbi D. Brutus ab Antonio obſidetur. * *vt ſciam:* haec Ern. ſpuria iudicat. recte; niſi veroſimilius eſſet, aliquid negligentia omiſſum, quam temere additum. Non abſurdum ſaltem, poſt *geratur* tale quid ſcriptum fuiſſe: *Si quid ergo Romae noui, fac*, etc. * *hae gentes:* G. et M. cum aliis *agentes.* Si per cacophoniam liceret, vtrumque ita coniungerem: *agentes hae gentes.* Sed melius illud vel librarii vel gloſſatoris exulat.

§. 7. Quam vrbane omnia! Ruſtice Metellus Celer, ex eo quidem documento, quod nobis relictum eſt, dixiſſet: *Obſcure ſcripſiſti: ſed tamen intellexi. ſcio te Antonium opprimi velle. Moleſtum mihi eſt, quod non apud me es, et mihi conſilia dare potes* etc. Comparata tali oratione, facile apparebit, in quo vrbanitas inſit.

L. PLANCI EPIST. II.

(ad diu. X. 7.)

Cauſſam breuitatis ſuae indicat, ſimulque ſtudii in remp. ſui ſerius patefacti: deinde ſuam dignitatem Ciceroni commendat.

PLANCVS CICERONI.

Plura tibi de meis conſiliis ſcriberem, rationem que omnium rerum redderem verboſius, quo magis iudicares, omnia me reipublicae praeſtitiſſe, quae et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi, (non minus enim a te probari, quam diligi ſemper volui; nec te magis in culpa defenſorem mihi paraui, quam praedicatorem meritorum meorum eſſe volui:) ſed breuiorem me duae res faciunt: vna, quod publicis litteris omnia ſum perſecutus; altera, quod M. Variſidium,
2 equitem Romanum, familiarem meum, ipſum ad te transire iuſſi, ex quo omnia cognoſcere poſſes. Non, medius fidius,

§. 1. * *omnium rerum:* abeſt *rerum* a Magd. *excepi:* quae quis videt, audit, intelligit, ea dr. *excipere*, vt Virg. Aen. IV. 297. * *paraui:* de hoc ſubdubito. v. anal. *publicis litt.* ep. ſeq.

§. 2.

Minus haec placet, quam prior epiſtola. Singulis §phis ſingula capita deſcripſimus. non tanti eſt, ea curioſius perſequi.

§. 1. *quae — excepi:* hoc paene μετέωρον eſt. nihil enim aliud ineſt, quam: *ad quae tu me cohortatus es.* Sequebatur Plancus παρηγμένον alieno loco. Hoc, et quod ſequitur: *mea — rec.* ſimplicius et grauius etiam, non verbis, ſed re ipſa dici debebat. *def. m. paraui;* nec modeſte nec prudenter dictum. malim a Planco ſcriptum eſſe *parari.*

ſidius, mediocri dolore afficiebar, cum alii occupare poſſeſſionem laudis viderentur: ſed vsque mihi temperaui, dum perducerem eo rem, vt dignum aliquid et conſulatu meo, et veſtra exſpectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non feſellerit, me conſecuturum, vt maximo praeſidio reipublicae nos fuiſſe, et nunc ſentiant homines, et in poſterum memoria teneant. A te peto, vt digni- 3
tati meae ſuffrageris, et quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. Non minus poſſe te, quam velle, exploratum mihi eſt. Fac valeas, meque mutuo diligas.

L. PLAN-

§. 2. *meo conſulatu*, ad quem deſignatus ſum.

L. PLANCI EPIST. III.

(Ad diu. X. 8.)

Cauſſas affert, cur ſe non prius libertatis defenſorem profeſſus ſit: et, quid nunc et poſſit, et velit, ſignificat.

PLANCVS IMP. COS DES. S. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN. POP. PL. Q. R.

Si cui forte videor diutius et hominum exſpectationem, et ſpem reipublicae de mea voluntate tenuiſſe ſuſpenſam; huic prius excuſandum me eſſe arbitror, quam de inſequenti officio quidquam vlli pollicendum. Non enim praeteritam culpam videri volo redemiſſe; ſed optimae mentis cogitata iam pridem, maturo tempore enuntiare.
2 Non me praeteribat, in tanta ſollicitudine hominum, et tam perturbato ſtatu ciuitatis, fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem

§. 1. *redemiſſe* ſc. precibus; deprecatus eſſe. opponitur *τῷ excuſare* ſ. cauſſas, non preces afferre. verbum hoc patitur, et feries orationis poſtulat. *maturo:* iuſto.

§. 2.

Epiſtola primae ſimilis. Prior pars continetur §phis 1—9. cuius defenſionis ſumma haec eſt: *Praematura bonae cauſſae profeſſio offeciſſet: praeparata autem, et maturo facta tempore ſaluti publicae vtilis erit.* Hoc breuiter §. 3. accuratius autem §phis 5—9. Interponit autem §phum 4, quo ſuam fidem erga remp. contra ſuſpiciones afferit. ita oratiunculae diligenter deſcriptae ſpeciem vitat. Dicit autem tempore ſibi opus fuiſſe ad *a*) confirmandum exercitum, *b*) ciuitates; ad *c*) alliciendos imperatores finitimos, *d*) ſe ipſum muniendum. In altera parte §. 10 et 11. rurſus quadrupliciter, vt ad ſingula reſpiciatur. Sed pro *imperatoribus* ponuntur auxilia gentium Gallicarum; qua re neſcio an Lepidum et Pollionem ſuſpectos reddere voluerit.

ſionem bonae voluntatis; magnosque honores ex ea re
complures conſecutos videbam. Sed cum in eum caſum me 3
fortuna demiſiſſet, vt aut celeriter pollicendo magna mihi
ipſe ad proficiendum impedimenta opponerem; aut, ſi in
eo mihi temperauiſſem, maiores occaſiones ad opitulandum
haberem: expeditius iter communis ſalutis, quam meae
laudis, eſſe volui. Nam quis in ea fortuna, quae mea eſt, 4
et ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, et
cum ea ſpe, quam in manibus habeo, aut ſordidum quid-
quam pati, aut pernicioſum concupiſcere poteſt? Sed ali- 5
quantum nobis temporis [et magni laboris, et multae im-
penſae,] opus fuit, vt quae reipublicae bonisque omnibus
polliceremur, exitu praeſtaremus, neque ad auxilium pa-
triae nudi cum bona voluntate, ſed cum facultatibus acce-
deremus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis 6
ſaepe

§. 2. *complures*, vt Caeſar Octauianus, et Lepidus.

§. 3. * *mihi ipſe* eſt e felici coniectura Lambini, quam acuto iudicio defendit Erneſtius. Bengelius, ſeruata lectione *in ſpe*, τὸ *magna* refert ad *impedimenta*. Sed ſic *in ſpe* ſine adiectiuo valde friget.

§. 4. *fortuna* conſulis iam deſignati. *ſpe* vincendi.

§. 5. * *et magni — impenſae:* haec ab otioſo librario afficta cenſeo, vt non mirum ſit, conſtructionem impeditam eſſe. Ad cauſſam plane non pertinent: auctor tantum *cunctationem* ſuam excuſat: quorſum ergo *impenſae*, de quibus nec Cicero, nec ipſe Plancus alias dicit? Quod ſi vere de impenſis ſuis loqui potuiſſet, certe tam diligens ſcriptor, qui partitionem h. l. facere videretur, aliquid etiam de laboribus et impenſis ſuis in ſeqq. diceret. τὸ *fuit* eſt in Magd. et aliis. finxerunt inde propter antec. pluralem *fuerunt*.

§. 6.

Iam alia pauca. §. 5. *cum b. vol.* prudentius, opinor, haec omiſiſſet. potuit enim aliquis inimicorum alteram ſententiam ridiculi cauſſa ita concinnare: *ſed cum ſ. improbi;* vel *ſed c. fac. ſine voluntate.*

faepe praemiis follicitatus, vt ab republica potius mode-
rata, quam ab vno infinita fperaret. confirmandae com-
plures ciuitates, quae fuperiore anno largitionibus con-
ceffionibusque praemiorum erant obligatae; vt et illa
vana putarent, et eadem a melioribus auctoribus petenda
exiftimarent. alliciendae etiam voluntates reliquorum,
qui finitimis prouinciis exercitibusque praefuerunt; vt po-
tius cum pluribus focietatem defendendae libertatis inire-
mus, quam cum paucioribus funeftam orbi terrarum
7 victoriam partiremur. Muniendi vero nosmet ipfi
fuimus, aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis; vt cum
praeferremus fenfus aperte, tum etiam, inuitis quibus-
dam, fciri, quid defenfuri effemus, non effet periculo-
8 fum. Ita nunquam diffitebor, multa me, vt ad effe-
ctum horum confiliorum peruenirem, et fimulaffe in-
uitum, et diffimulaffe cum dolore: quod praematu-
ra denuntiatio boni ciuis imparati, quam periculofa
effet,

§. 6. * *partiremur:* Gorl. et Magd. *pateremur.* illud melius. add. anal.

§. 7. *inuitis quibusd.* pro loco, quem haec verba obtinent, intelligi vult Pl. fuiffe, qui fe impedirent, ne voluntatem fuam aperiret. Caute fane et breuiter: obfcurius tamen. * Vereor, ne fcriptum fuerit: *fciri, qu. inuitis q. def.* etc.

§. 8. *collegae*, D. Bruti obfeffi.

§. 6. *praefuerunt:* cur non *praefunt?* non reprehendo, fed miror. *quam — partiremur:* magno animo ifta dicuntur: victoriam dudum fibi exploratam fuiffe, fed magnae iacturae. aut argutius per euphemifmum fignificat internecionem fuorum, fed fortiffime pugnantium, vt Leonidae manus vincendo occubuit, Sed illud melius.

eſſet, ex caſu collegae uidebam. Quo nomine etiam 9
C. Furnio legato, uiro forti atque ſtrenuo, plura etiam
verbo, quam ſcriptura, mandata dedimus; vt et tectius
ad vos perſerrentur, et nos eſſemus tutiores: quibusque
rebus et communem ſalutem muniri, et nos armari conueniret, praecepimus. Ex quo intelligi poteſt, curam
reipublicae ſummae defendundae iam pridem apud nos excubare. Nunc, cum deum benignitate ab omni re ſumus 10
paratiores, non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed
explorate iudicare volumus. Legiones habeo V ſub ſignis,
et ſua fide virtuteque reipublicae coniunctiſſimas, et noſtra liberalitate nobis obſequentes: prouinciam omnium
ciuitatum conſenſu paratiſſimam, et ſumma contentione ad
officia certantem: equitatus auxiliorumque tantas copias,
quantas hae gentes ad defendendam ſuam ſalutem libertatemque conficere poſſunt. Ipſe vel prouinciam tueri, vel ire 11
quo respublica vocet, vel tradere exercitum, auxilia, prouinciamque ita ſum animo paratus, vt vel omnem impetum
belli in me conuertere non recuſem, ſi modo meo caſu
aut

§. 10. *explorate*, certa ratione. * non opus eſt τῷ *explorato*. nam et analogice illud formatum, et aduerbialiter dr. *exploratius*, vt Att. XIV. 14.

§. 11. * Feliciter hunc Sphum, nulla littera mutata, reponendis modo in ſuum locum verbis reſtituimus. Traiecta nempe antiquo vitio erant verba: *ita ſum animo paratus*, et poſita poſt *ipſe:* quo ordine propter conſenſum codicum edita erant vsque ad Graeuium, qui eiiciendo et corrigendo rotundam quidem orationem fecit, ſed genuinam et aeque rotundam iſto artificio ſuſtulit.

§. 11. *in me:* grauius eſſet: *in me vnum*.

aut confirmare patriae ſalutem, aut periculum poſſim mo-
12 rari. Haec ſi iam expeditis omnibus rebus, tranquillo-
que ſtatu ciuitatis polliceor; in damno meae laudis, rei-
publicae commodo laetabor. ſin ad ſocietatem integerri-
morum et maximorum periculorum accedam; conſilia mea
aequis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda
13 commendo. Mihi quidem ipſi fructus meritorum meorum
in reipublicae incolumitate ſatis magnus eſt paratus. eos
vero, qui, meam auctoritatem et multo magis veſtram
fidem ſecuti, nec vlla ſpe decipi, nec vllo metu terreri po-
tuerunt, vt commendatos vobis habeatis, petendum vi-
detur.

L. PLAN-

§. 13. *petendum videtur:* ſecum deliberantis haec ſunt potius, quam ſerio petentis. malis certe adiectum: *etiam atque etiam.*

L. PLANCI EPIST. IV.

(ad diu. X. 9.)

Suum ſtudium erga Ciceronem et remp. praedicat, et perſeuerantiam promittit. de praemiis ſibi dandis, Ciceronis arbitrio permittit. de bello quid egerit et acturus ſit, indicat.

PLANCVS CICERONI S.

Nihil me tibi temere, aut te ceteris de me fruſtra recepiſſe laetor. Certe hoc maius habes teſtimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam ceteris, conſilia mea volui eſſe nota. In dies vero meritorum meorum fieri acceſſiones, praeuidere te ſpero; cogniturum magis,
recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero, (ita ab immi- 2
nentibus malis reſpublica me adiuuante liberetur!) ſic honores praemiaque veſtra ſuſpicio, conferenda certe cum immortalitate, vt ſine his nihil de meo ſtudio perſeuerantiaque ſim remiſſurus.
Niſi in multitudine optimorum 3
ciuium impetus animi mei fuerit ſingularis, et opera praecipua; nihil ad meam dignitatem accedere volo ſuffragatione veſtra.

§. 1. *Nihil — laetor* ſc. me tui amantem et reipublicae deditum fore. Hoc patet ex membris binis ſeqq. quae ad hanc duplicem ſententiam referuntur.

§. 2. *ſic:* quod nos*: nur in ſo weit*, vel *mit dieſer Einſchränkung.*

§. 3.

Singula hic exquiſite et cum virtute dicta ſunt, vt, ſi periodis omnia coniunciantur, vix epiſtolae ſtilum ſentias.

§ 2. Sententia exquiſita iudicio, verbis grauiſſima.

vestra. Concupisco autem nihil mihi, contra quod ipse pugno: et temporis et rei te moderatorem facile patior esse. nihil aut fero aut exigue a patria ciui tributum potest videri.
4 Exercitum a. d. sextum Kal. Maias Rhodanum traieci, magnis itineribus. Vienna equites mille via breuiore praemisi. Ipse si ab Lepido non impediar, celeritate satisfaciam: si autem itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco et numero, et genere, et fidelitate firmissimas. Te, vt diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo.

---

§. 3. *contra—pugno:* pron. *quod* pertinet ad *nihil.* sensus est: non concupisco mihi dominatum et infinitam potentiam, propter cuius cupiditatem ipse aduersus Antonium pugno. Fortasse et τὸ *ipse* eo spectat, quod quidam in senatu pugnarent, ne Planco nimii honores tribuerentur. Ipsa Planci sententia hoc suspicari iubet. cf. ep. seq. §. 2.

§. 4. *satisfaciam* sc. illis, vt illos assequar. * *itineri* elegans lectio. Gorl. et Magd. cum multis: *in itinere.* *mutuo*, quod et ego te diligo et amore prouoco. Explicationis loco esse potest D. Bruti ep. IV. fin., vbi v. anal.

§. 3. *concup. — patior esse:* aures hic plusculum desiderant. Plenius haec sonarent: *Conc. — nihil eorum, contra quae ipse pugno; nec omnino cupide et impatienter ornamenta expeto: sed et temp.* etc.

L. PLANCI EPIST. V.

(ad diu. X. 11.)

Gratias agit Ciceroni. quid egerit et agat de rep. defendenda, et de Lepido ſibi adſciſcendo, exponit.

PLANCVS CICERONI.

Immortales ago tibi gratias, agamque dum viuam. nam relaturum me, affirmare non poſſum. Tantis enim tuis officiis non videor mihi reſpondere poſſe; niſi forte, vt tu grauiſſime diſertiſſimeque ſcripſiſti, ita ſenſurus es, vt me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate eſſet actum, amabilius certe nihil facere potuiſſes. Primae tuae ſententiae infinitis cum mu- 2
neri-

§. 1. *amabilius:* amantius; actiue. Sic Anton. ep. II. §. 4.

§. 2. *de me:* poſt haec verba diſtinxeram. (*aſſiduus et perpet.* coniungit etiam Cicero cum eodem ſubſt.) Vidi poſtea, Bengelium idem feciſſe, et ſublata maiori diſtinctione poſt *mun.* et *comp.* omnia in vnum iunxiſſe, quem in his etiam ſecutus ſum. Melius ſic viſum, quam inciſim et ἀσυνδέτως omnia.

§. 5.

Non equidem hic reprehenderim Plancum, ſed hanc eius epiſtolam. Suſpicor enim, ſi licet fateri, non ſat integram eſſe. Licebit ſaltem mirari, antecedentibus reliquisque tam diſſimilem, tam parum exquiſitam verbis, iisdemque tam diffuſam, ſententiis tam vulgarem, particularum omiſſione diffluentem, neque numeris ſat bene temperatam.

Ex epiſtolae ſumma nihil ad docendum elicere poſſumus. Animaduertimus autem haec.

§. 1. *Tantis — poſſe* idem fere ſenſus, qui antecedentis ſententiae: *nam rel. — poſſum.* Simile vitium v. Magni ep. VI. §. 2. *grauiſſ. diſ.* hic neſcio quid diuini expectes: ſed ſequitur ſententia perquam vulgaris. Pertinet illud quidem ad Ciceronis orationem: ſed ſaltem graue aliquod dictum inde depromendum erat.

neribus, posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae, oratio assidua et perpetua de me, iurgia cum obtrectatoribus propter me, notissima mihi sunt.
3 non mediocris adhibenda mihi est cura, vt reipublicae me civem dignum tuis laudibus praestem; in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tuere; et me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis,
4 defende ac suscipe. Cum Rhodanum copias traiecissem, fratremque cum tribus millibus equitum praemisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem; in itinere de praelio facto,
5 Brutoque et Mutina obsidione liberatis, audiui. Animadverti, nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quae cum eo essent, habere, nisi in his partibus: duasque ei spes esse propositas; vnam Lepidi ipsius, alteram exercitus; quod quaedam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt. Equitatum revocaui: ipse in Allobrogibus constiti, vt proinde ad
6 omnia paratus essem, ac res moneret. Si nudus huc se Antonius conferet; facile mi videor per me sustinere posse, remque publicam ex vestra sententia administrare; quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur. Si vero copiarum aliquid

§. 5. *quod quaed. p.* cum eodem B. ante haec minorem distinctionem posui. Sic etiam ambiguitas tollitur in *exercitu*, qui non Planci sed Lepidi est.

§. 3. *Non mediocris:* desideratur ab initio *Quamobrem* aut similis coniunctio.

§. 6. *quamuis — recipiatur:* hoc quomodo dici possit, non video. Si enim illa *receptio* ad confirmandum aut defendendum Antonium valet, quod nemo dubitabit; quomodo Plancus tam confidenter loqui potest? sin minus; quid opus est his verbis?

quid ſecum adducet, et, ſi Decima legio veterana, quae
noſtra opera reuocata cum reliquis eſt, ad eundem furorem
redierit; tamen ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a
me: idque me praeſtaturum ſpero, dum iſtinc copiae
traiiciantur, coniunctaeque nobiscum facilius perditos op-
primant. Hoc tibi ſpondeo, mi Cicero, neque ani- 7
mum, nec diligentiam mihi defuturam. Cupio meher-
cules nullam reſiduam ſollicitudinem eſſe: ſed ſi fuerit;
nec animo, nec beneuolentiae, nec patientiae cuiusquam
pro vobis cedam. Do quidem ego operam, vt etiam Le- 8
pidum ad huius rei ſocietatem incitem, omniaque ei obſe-
quia polliceor, ſi modo rempublicam reſpicere volet.
vtor in hac re adiutoribus interpretibusque fratre meo, et
Laterenſe, et Furnio noſtro. Non me impedient priua- 9
tae offenſiones, quo minus pro reipublicae ſalute etiam
cum inimiciſſimo conſentiam. Quod ſi nihil profecero,
nihilominus maximo ſum animo, et maiore fortaſſe cum
mea gloria vobis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuo
diligas.

L. PLAN-

§. 6. *Decima l.* tum in Lepidi exercitu erat. *iſtinc:* ex Italia.

§. 8. *omnia—polliceor:* me ſub eius auſpiciis fore. *Laterenſe,* Lepidi legato. v. ep. X.

L. PLANCI EPIST. VI.

(ad diu. X. 15.)

Nuntiat rurſus, quae poſt ſuperiora ad opprimendum Antonium egerit, et quae deinceps acturus ſit.

PLANCVS CICERONI.

His litteris ſcriptis, quae poſtea accidiſſent, ſcire te, ad rempublicam putaui pertinere. Sedulitas mea, vt ſpero, et mihi et reipublicae tulit fructum. namque aſſiduis internuntiis cum Lepido egi, vt, omiſſa omni contentione, reconciliataque voluntate noſtra, communi conſilio reipublicae ſuccurreret; ſe, liberos, vrbemque pluris, quam vnum perditum abiectumque latronem, putaret; obſequioque meo, ſi ita faceret, ad omnes res
2 vteretur. Profeci itaque per Laterenſem internuntium. fidem mihi dedit, ſe Antonium, ſi prohibere prouincia ſua non potuiſſet, bello perſecuturum: me, vt venirem, copiasque coniungerem, rogauit: eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. nam etiam ex pau-

§. 1. *His litt.* vel ſuperioribus, vel aliis, quibus hae inſupplementum adiunctae.

§. 2. * *eoque magis:* hic ſententiam hanc praepoſitam deſideres: *quod me facturum promiſi.* nam ſi *eoque m.* pertinent ad *rogauit;* inepta ſunt. non enim Plancus in animum Lepidi inſpicere, et eius cogitata cognoſcere potuit. ſin ad *venirem* referuntur; ſequi debet *dice-*

Non valde iucunda lectu epiſtola. Sed res ipſa nec deſiderabat nec patiebatur magnam artem aut ornatum.

§. 1. *ſe, lib. — putaret:* ſatis apte haec inter ſe opponuntur.

paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi
fuerant, ad me transierant. Quibus rebus ego cognitis
cunctatus non ſum; in curſu bonorum conſiliorum Lepi-
dum adiuuandum putaui. Aduentus meus quid profectu- 3
rus eſſet, vidi: vel quod equitatu meo perſequi atque op-
primere equitatum eius poſſem; vel quod exercitus Lepidi
eam partem, quae corrupta eſt et ab republica alienata,
et corrigere et coërcere praeſentia mei exercitus poſſem.
Itaque in Iſara, flumine maximo, quod in finibus eſt Al- 4
lobrogum, ponte vno die facto, exercitum a. d. quartum
Idus Mai. traduxi. Cum vero mihi nuntiatum eſſet, L.
Antonium praemiſſum cum equitibus et cohortibus ad
Forum Iulii veniſſe; fratrem cum equitum quatuor mil-
libus, vt occurreret ei, miſi a. d. V. Idus Mai. Ipſe
maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis et re-
liquo equitatu ſubſequar. Si nos mediocris modo fortuna 5
reipublicae adiuuerit; et audaciae perditorum et noſtrae
ſollicitudinis hic finem reperiemus. Quod ſi latro, prae-
cogni-

diceretur et *haberet*, et *ipſe* pro *Lepidus*. * *decem — transierant:* vidi: Bengelius, (et quis non?) decem ſingulorum equitum mentionem fieri non potuiſſe, ſed fuiſſe notam maioris numeri. et cur *ad me?* et non potius *ad eum*, Antonium? Ingratum auribus: *fuerant — transierant*. Sed quia ratio pluris eſt, corrigere debui, et hoc reſcribere pro *transierunt*.

§. 5. * *Italiam a. v.* particulam *et* hic praeponi nolunt: facilius *vt* excidit.

§. 3. *poſſem — poſſem:* ingrata repetitio verbi: vnde alterutrum deleri vult Ern. Sed ſatis longo interuallo diſtant, vt Plancus, feſtinanter ſcribens, potuerit non ſentire, quod lector ſentit.

§. 5. *audaciae perd.* non placet, quod *finem rep.* huc trahendum eſt. hoc locum habet in *cura*, *ſollicitudine*, *laboribus*, *miſeriis*. ſed *audacia* grauius quid poſtulat, vt *reſiſtemus*.

cognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere coeperit; Bruti erit officium occurrere ei: cui scio nec consilium nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam a vastatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.

L. PLANCI EPIST. VII.

(ad diu. X. 17.)

Praesentem belli statum describit: excusat se, quod fratrem suum Romam proficisci iusserit: de Apella obside sibi dato scribit, et obscura quaedam de Gellio et Gauiano. denique dignitatem suam commendat.

PLANCVS CICERONI.

Antonius Id. Mai. ad Forum Iulii cum primis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad Forum Vocontium castra habet, qui locus a Foro Iulii quatuor

§. 1. * *Vocontium* scripsi ex Lepidi ep. I. pro *Voconii.*

§. 3.

Fratris excusatio hanc ep. commendat. Ea est perquam pulchra; verbis simplicissima, et tamen exquisita; rebus autem grauissima et disertissima. Culpam in se omnem conuertit, sed ita, vt se ipsum excuset, quod 1) frater se conficeret, 2) ipsum tueri non posset; 3) resp. autem *tali cine pr.* — indigeret. Fortasse et illud ad rem §. 4. *et omnibus — merentur.* Fratris autem strenuitatem cognosce. *Cum primum* non *confirmatus est*, sed tantum *posse ingredi coepit*, ad pericula non *sequi*, sed *princeps esse* non recusauit. Illud cum dilectu et prudenter: *mihi prudentiam in cons. defuisse.* Simplicissimum erat: *me ita voluisse*, quod, vt imperiosum, offenderet; vel *meam esse culpam:* sed ita se accusaret, non excusaret.

tuor et viginti millia paſſuum abeſt; ibique me exſpectare
conſtituit, quemadmodum ipſe mihi ſcripſit. Quodſi
omnia mihi integra et ipſe et fortuna ſeruarit; recipio
vobis, celeriter me negotium ex ſententia confecturum.
Fratrem meum aſſiduis laboribus concurſationibusque con- 2
fectum grauiter ſe habuiſſe, antea tibi ſcripſi. ſed tamen
cum primum poſſe ingredi coepit, non magis ſibi,
quam reipublicae ſe conualuiſſe exiſtimans, ad omnia pe-
ricula princeps eſſe non recuſabat. Sed ego eum non ſo- 3
lum hortatus ſum, verum etiam coëgi iſto proficiſci;
quod et illa valetudine magis conficere ſe, quam me *tueri
poſſet in caſtris; et quod acerbiſſimo interitu conſulum
rempublicam nudatam, tali ciue praetore in vrbanis offi-
ciis indigere exiſtimabam. Quod ſi qui veſtrum non
probabit, mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciat, non
illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen, quod ego 4
deſiderabam, fecit; vt Apellam ad me mitteret, quo ob-
ſide fide illius et ſocietatis in republica adminiſtranda vte-
rer. Studium mihi ſuum L. Gellius, de tribus fratribus
*ſe Gauiano probauit; quo ego interprete nouiſſime ad Le-
pidum

§. 3. * *tueri* auctoritate Ern. et codicum, in quibus Gorl. et Magd. reuocaui pro *iuuare*. *praetore:* nam praetor erat Planci frater.

§. 4. *fide* pro *fidei*, quod fort. et reponendum. vid. tamen praeter interprr. Berger de nat. pulchrit. orationis p. 420. *tribus fr.* Antoniis, opinor; contra quorum ſalutem Gellius cum Gauiano videtur aliquid habuiſſe in mandatis. Omnes Antonios oderat Cicero: M. Bruti ep. I. §. 2. nominatim autem ſcribere Plancus non audebat. * *ſe Gau.* corrigunt: *Sexto G.* ſed illam omnium fere codd. lectionem defendit cum Bengelio Stroth. epp. ſell. p. 391. *ſe* nempe eſt *mentem*, *ſtudium*, *fidem ſuam*.

pidum ſum vſus. Amicum eum reipublicae cognoſſe videor, libenterque ei ſum teſtimonio; et omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas, meque mutuo diligas, dignitatemque meam, ſi mereor, tuearis, ſicut adhuc ſingulari cum beneuolentia feciſti.

L. PLANCI EPIST. VIII.

(ad diu. X. 18.)

Narrat, quibus de cauſſis ad Lepidum proficiſcatur.

PLANCVS CICERONI.

Quid in animo habuerim, cum Laenus Neruaque diſceſſerunt a me, et ex litteris, quas eis dedi, et ex ipſis cogno-

§. 1. *Quid — habuerim:* ſc. Brutum potius ad Iſaram exſpectare, quam ire ad Lepidum.

§. 2.

Tam callide, quam eleganter ſcripta epiſtola. Scilicet id agit, vt non ſine conſilio, optima certe cum voluntate agere, et patriae, non temporibus ſeruire videatur in eo, quod iter ad Lepidum inſtituerit. Quod ne temere aut nimis cupide ſuſcepiſſe dicatur, ſignificat, ſe ante profectionem legatorum in animo habuiſſe manere ad Iſaram; conſilium autem mutaſſe 1) propter preces Laterenſis, 2) quod Lepidum tueri, 3) exercitum eius meliorem reddere, 4) ſuſpicionem pertinaciae, 5) et timoris vitare voluerit. Duas rationes 2 et 3 per omnes epiſtolae partes repetit, ſed ita, vt eadem quaſi chorda oberrari non moleſte feras. Si ingenue voluiſſet profiteri, iam §pho 2 contra, dixiſſet — *quod callidi omnes ſolent, vt conſ. ſequerer tutum magis, dum ſaluti meae conſulerem, quam periculoſum, quod bonis omnibus probaretur;* et ſic deinceps reliqua. De ſingulis partibus nihil habeo, quod moneam. Hoc vnum §pho 4. *aut ipſe — remouiſſem* videtur paullo latius explicandum fuiſſe, vt reſponderet melius haec ſententia de *timore* antecedenti de *pertinacia.* Difficile hoc erat. Potuiſſet tamen ſic fere: *aut a cert. b. t. n. cum iuſtam illic diutius manendi cauſſam non haberem, me remouiſſem.*

cognoſcere potuiſti, qui omnibus rebus conſiliisque meis
interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti, et 2
cupido ſatisfaciendi reipublicae bonisque omnibus accidere
ſolet; vt conſilium ſequerer periculoſum magis, dum me
probarem, quam tutum, quod habere poſſet obtrectatio-
nem. Itaque poſt diſceſſum legatorum, cum binis con- 3
tinuis litteris et Lepidus me, vt venirem, rogaret, et La-
terenſis multo etiam magis, prope implorans obteſtare-
tur, non vllam rem aliam extimeſcens, quam eandem,
quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infide-
litatem exercitus eius: non dubitandum putaui, quin ſuc-
currerem, meque communi periculo offerrem. Sciebam 4
enim, et cautius illud erat conſilium, exſpectare me ad
Iſaram, dum Brutus traiiceret exercitum, et cum collega
conſentiente, ſicut milites faciunt, hoſtibus obuiam ire:
tamen, ſi quid Lepidus bene ſentiens detrimenti cepiſſet,
hoc

§. 2. *Accid. mihi:* hoc ſine aduerſatiua coniunctione ambiguitatem habet. Aliud autem eſt, quam quod in animo habuerat. cf. ad §. 4.

§. 3. *legatorum*, Laeui et Neruae. *et Lepid. me.* hic τὸ *et* melius abſit. facit enim ambiguum, vt credas, Laterenſem etiam binas litt. miſiſſe, qui coram de ea re egit. v. ep. V. §. 8. et ep. ſeq. §. 2.

§. 4. * Multa hic turbata et corrupta. Mihi in mentem venit, prima verba in fine §phi 1. ab auctore poſita fuiſſe hoc tenore: *Sciebant enim (et cautius — conſil.) expectare — exercitum, vt tum — conſentiente, exercitu concordi et bene de rep. ſentiente, ſicut milites faciunt, obuiam irem. Tamen acc. mihi* etc. Hoc autem §pho: *Sciebam enim, ſi quid Lep.* etc. Facile in loco ſemel perturbato τὸ *videbam* fingi potuit. v. tamen Antonii ep. III. §. 8. Verba: *exercitu — ſentiente* in Mſſ. reperta non abiecerim. *ſicut m. f.* pertinent ad verba modo allata, et reſtringunt, vt opinor, eam ſententiam; quaſi addideris: qui non ratione ducti facile etiam, vt Lepidi milites,

hoc omne assignatum iri aut pertinaciae meae, aut timori
videbam; si aut hominem offensum mihi, coniunctum
cum republica, non subleuassem, aut ipse a certamine
5 belli tam necessarii me remouissem. Itaque potius peri-
clitari volui, si posset mea praesentia et Lepidum tueri, et
exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri.
Sollicitiorem certe hominem, non suis contractis, nemi-
6 nem puto fuisse. Nam quae res nullam habeat dubitatio-
nem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert
sollicitudinem, magnumque habet casum. Mihi enim si
contigisset, vt prior occurrerem Antonio, non mehercules
horam constitisset: tantum ego mihi confido, et sic per-
culsas illius copias, Ventidiique mulionis castra despicio.
Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem
subest vlceris, quod prius nocere potest, quam sciri cura-
7 rique possit. Sed certe, si vno loco me tenerem, ma-
gnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus
adiret, quae bene de republica sentit. Magnam etiam
perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a
Le-

tes, sollicitari et quocunque impelli possunt. * *si aut h.* Ern. „puto legendum *qui aut h.* nam sic homines dicturi erant; non ita fuisse, dicere voluit Plancus.“ * *remou.* Magd. *reuocauissem.*

§. 5. *contractis:* peccatis.

§. 6. *habet casum:* a casu pendet. *mulionis:* nam mulis curandis Ventidius victum quaesierat. * *non p. n.* Magd. *non p. nisi. si q.—vlceris*, si qui ad seditionem inclinantes in ipso exercitu sunt.

§. 7. * *si vno:* putaui scribendum pro *nisi vno*, quia, quod et alii statuunt, *vnus locus* pro eodem dicitur, quo solus fuerat, ep. X. §. 3. et quia *me tenerem* longiorem eodem loco mansionem magis exprimit. * *quae me ad h.* iam ante Graeuium *τὸ me* in editt. legebatur necessario addendum.

Lepido abſtraxiſſent. Quae ſi aduentus meus repreſſerit;
agam gratias fortunae conſtantiaeque meae, quae me ad
hanc experientiam excitauit. Itaque a. d. XII. Kalend. 8
Iun. ab Iſara caſtra moui: pontem tamen, quem in Iſara
feceram, caſtellis duobus ad capita poſitis, reliqui, prae-
ſidiaque ibi firma poſui; vt venienti Bruto exercituique
eius ſine mora tranſitus eſſet paratus. Ipſe, vt ſpero, die-
bus octo, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis
me coniungam.

L. PLANCI EPIST. IX.

(ad diu. X. 21.)

Ob Lepidi perfidiam, eiusque coniunctionem cum Antonio redire ſe ſcribit: ſubſidium copiarum mitti poſtulat: fratrem ſuum excuſat, et dignitatem ſuam commendat.

PLANCVS CICERONI.

Puderet me inconſtantiae mearum litterarum, ſi non haec ex aliena leuitate penderent. Omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad rempublicam defendendam, minore ſol-

§. 1. * *omnia — poll. ſum:* ſecutus ſum h. l. ſcripturam Magd. Tantum *et* ante *recepi* mutaui in *ei*, quod litteris ipſis expreſſum eſt; cum alias ſit huius particulae hoc fere compendium: 2. Neceſſario autem *τὸ et* ante *petenti* additur: eſt et in Gorl.

§. 2.

Epiſtola eſt bona; ſed, quantum video, non eiusmodi, vt eam totam, vel partem primariam ſub conſpectum poni admodum vtile ſit. Sequemur ergo auctoris veſtigia, et pauca more noſtro differemus.

§. 1 et 2. Non placet, quod rurſus narrat, cur, et quibus conditionibus cum Lepido ſocietatem in-

ſollicitudine veſtra perditis reſiſterem. omnia enim et pe-
tenti ei recepi, et vltro pollicitus ſum: ſcripſique tibi bi-
duo ante, conſidere me, bono Lepido eſſe vſurum, com-
2 muniquc conſilio bellum adminiſtraturum. Credidi chiro-
graphis eius; affirmationi praeſentis Laterenſis, qui tum
apud me erat, reconciliaremque me Lepido, fidemque ha-
berem, orabat. non licuit diutius bene de eo ſperare.
Illud certe caui et caueo, ne mea credulitate reipublicae
3 ſumma fallatur. Cum Iſaram flumen, vno die ponte effecto,
exercitum traduxiſſem, pro magnitudine rei celeritatem
adhibens; quod petierat per litteras ipſe, vt maturarem
venire: praeſto mihi fuit ſtator eius cum litteris, quibus,
ne venirem, denuntiabat; ſe poſſe per ſe conficere nego-
4 tium; interea ad Iſaram exſpectarem. Indicabo temera-
rium meum conſilium tibi. Nihilominus ire decreram,
exiſtimans, eum ſocium gloriae vitare. Putabam poſſe
me nec de laude ieiuni hominis delibare quidquam; et
ſubeſſe tamen propinquis locis, vt, ſi durius aliquid eſſet,
ſuccurrere celeriter poſſem. ego non malus homo hoc
ſuſpi-

§. 2. *praeſentis* apud me. cf. ad ep. VIII. §. 3. Bengelius: „apud Lepidum" Accipit ita, opinor, ne ſeq. ſententia ſuperflua videatur. Sed non magis debet offendere, quam ſi ſcriptum ſit: (*erat enim tum ap. me.*) * abeſt tamen *τὸ praeſentis* a Magd. *non l. ſperare;* ſed confidere potui. In bonam partem haec dicta, apparet ex §. 4.

§. 4. *ieiuni*, puſillo animo, qui nihil magni ſpirat. Sic ad diu. III. 10. et alias. *nonmalus*, nec Lepidum malum putans, homo antiquus, qui alios ex ſe metiretur.

§. 5.

inire voluerit. Grauius et copioſius haec expoſita erant ep. VIII. hic verbo tantum res tangenda erat.

§. 4. *temerarium* vocat conſilium ſuum; modeſte et callide. nam et ſpeciem honeſtam habet, nec inconſideratum videtur.

ſuſpicabar. ' At Laterenſis, vir ſanctiſſimus, ſuo chiro- 5
grapho mittit mihi litteras, in eisque deſperans de ſe, de
exercitu, de Lepidi fide, querensque ſe deſtitutum: in
quibus aperte denuntiat, videam ne fallar; ſuam fidem
ſolutam eſſe; reipublicae ne deſim. Exemplar eius chi-
rographi Titio miſi. Ipſa chirographa omnia, et quibus 6
credidi, et ea, quibus fidem non habendam putaui, Laeuo
Ciſpio dabo perferenda; qui omnibus his interfuit rebus.
Acceſſit eo, vt milites eius, cum Lepidus concionaretur, im- 7
probi per ſe, corrupti etiam per eos, qui praeſunt, Canidios
Rufrenosque, et ceteros, quos, cum opus erit, ſcietis, con-
clamarint viri boni: pacem ſe velle, neque eſſe cum illis
pugnaturos; duobus iam conſulibus ſingularibus occiſis, tot
ciuibus pro patria amiſſis, hoſtibus denique omnibus iudica-
tis, bonisque publicatis. neque hoc aut vindicarat Lepidus,
aut

§. 5. * *in eisque:* Mſſ. vt et G. et M. *meisque;* male. certe non omnibus ducibus et amicis Planci Lepidus ſua manu ſcripſit: et de vno chirographo ſermo eſt. Probabiliter ergo Graeuius reſcripſit *in eisque.* ſed illud duriſſimum, quod ſic participia *deſp.* et *querens* pendent a *mittit.* quare Ern. *in quibus* ſuſtulit. Plura turbata puto. Videtur Laterenſis Planco obſcurius de Lepidi perfidia ſcripſiſſe, aliis aperte denuntiaſſe; vt locus facile corrigi, ſed non reſtitui poſſit.

§. 7. *ſingularibus:* vid. anal.

§. 8.

§. 5. *deſperans de ſe:* bene hoc ad conſternationem Laterenſis exprimendam additur, quod ſalua re abeſſe poterat.

§. 7. Probabilitati aliquid derogat, quod non indicatur, quando milites conclamarint: *pacem — publicatis;* et quis ad Plancum detulerit. *coſſ. ſingularibus:* in homine dicaci, et qui ex ſua perſona loqueretur, ambigua haec laus grauiſſimae reprehenſionis inſtar eſſet, vt tangi crederem Hirtii et Panſae ignauiam, libidinem et temulentiam. v. Q. Cic. ep. IV. Pollio ep. III. §. 8. Cic. Att. XVI. 1. Sed hic in neutram partem quidquam Planco imputandum, et vel tollendum *ſingularibus* vel addendum *viris.*

X

8 ſanarat. Huc me venire, et duobus exercitibus coniunctis obiicere exercitum fideliſſimum, auxilia maxima, principes Galliae, prouinciam cunctam, ſummae dementiae et temeritatis eſſe vidi: mihique, ſi ita oppreſſus eſſem, remque publicam mecum prodidiſſem, mortuo non modo honorem, ſed miſericordiam quoque
9 defuturam. Itaque rediturus ſum, nec tanta munera perditis hominibus dari poſſe ſinam. Vt exercitum locis habeam opportunis, prouinciam tuear, etiamſi ille exercitus deſciei it, omniaque integra ſeruem, dabo operam; quoad exercitus huc ſummittatis, parique felicitate rempublicam hic vindicetis. Nec depugnare, ſi occaſio tulerit; nec obſideri, ſi neceſſe fuerit; nec mori, ſi caſus
10 inciderit, pro vobis, paratior fuit quisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum huc traiiciendum quam primum cures, et matures prius, quam hoſtes magis corroborentur, et noſtri perturbentur. In quo ſi celeritas erit adhibita, respublica in poſſeſſione victoriae, deletis ſceleratis, permanebit. Fac valeas, meque diligas.

11 Fratrem meum tibi, fortiſſimum ciuem, et ad omnia paratiſſimum, excuſem litteris? qui ex labore in febriculam

§. 8. * *defuturam:* ſic Gorl. et Magd. pro *defuturum.*

§. 9. *munera* v. anal.

§. 11. ſq. * Fragmentum eſſe puto epiſtolae inter ep. VI et VII. ſcriptae. Nam ep. VI. extr. dicitur frater cum equitatu mittendus; et ep. VII. de eo antea ſcriptum eſſe, et iam conualuiſſe. * *excuſem*

§. 9. *munera:* non inepte metaphora ducta a ludis, vt obiici videantur exercitus etc. hoſtium libidini, ad paſcendos eorum oculos. Ern. „*poſſe* videatur redundare, ſed ad periculum modo refertur hoc, quod vitare volebat."

lum incidit aſſiduam, et ſatis moleſtam. Cum primum poterit iſtuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reipublicae deſit. Meam dignitatem commendatam habeas, 12
rogo. Concupiſcere me nihil oportet: habeo te et amantiſſimum mei, et, quod optaui, ſummae auctoritatis. tu videris, quantum et quando tuum munus apud me velis eſſe. Tantum te rogo, in Hirtii locum me ſubdas, et ad tuum amorem, et ad meam obſeruantiam.

ſem videtur ex ingenio editorum eſſe. Saltem plerique codd. in quibus G. et M. habent *excuſes*. Quid autem ſibi vult τὸ *litteris*? nihili eſt. *morbum* opponere non potes, qui ſe ipſe non excuſat, et nihilominus litteris excuſandus eſt. Si opponere velis aliud, v. g. *nuncios*, *exiſtimationem*, *aliorum teſtimonia* etc. grauiter certe Plancum peccaſſe fingas, qui non ipſe aliquam ſententiam adiecerit, et breuitatis vitio rem tam obſcuram et ambiguam reliquerit. Cum excuſatio pertineat eo, quod diutius ab vrbe abſit; ſuſpicor *itineris* ſcriptum fuiſſe et aliud, quod deſideratur; v. g. *longitudine*, *difficultate*.

§. 12. *in Hirtii l.* etc. Scripſerat haud dubie Cicero, Plancum in Hirtii locum (ſcil. *conſulatum*) ſucceſſurum; quod alio ſenſu Plancus fieri vult, *vt* ſcil. *Cicero Plancum amet non minus, quam Hirtium amauerat; Plancus Ciceronem obſeruet, vt eundem obſeruarat Hirtius*.

L. PLANCI EPIST. X.

(ad diu. X. 23.)

Rursus caussam affert, quare ad Lepidum cum periculo propius accesserit, et de receptu suo narrat: addit, Laterensem sibi manus afferre voluisse, et sibi ipsi ab Antonianis insidias factas esse: se suosque porro iuuari, misso maxime Caesaris exercitu, postulat.

PLANCVS CICERONI S.

Numquam mehercules, mi Cicero, me poenitebit maxima pericula pro patria subire; dum, si quid acci-
2 derit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si vmquam Lepido ex animo credidissem. credulitas enim error est magis, quam culpa: et quidem in optimi cuiusque mentem facillime
3 irrepit. Sed ego non hoc vitio paene sum deceptus. Lepidum enim pulchre noram. Quid ergo est? Pudor me, qui in bello maxime est periculosus, hunc casum coëgit sub-

§. 2. * *paene:* hoc verbum offendit Ernestium: caussam non addidit. Sententia est clara. nam non penitus deceptus est Plancus, sed parum abfuit, quin deciperetur, cum casum et periculum subiret.

§. 3. *quid ergo est?* vid. ad Coel. XII. 3. *patientia*, quod paterer Antonium confirmari, nec me Lepido sine cunctatione iungerem.

§. 4.

Ep. diligenter et cogitate scripta, et ita, vt epistolae characterem vbique seruet. Paullo copiosius et commutata oratione factum suum excusat §. 1—4. vt non sine fructu vel vtilitatis vel voluptatis epp. antecedentes conferri possint.

§. 2. *Credulitas — irrepit:* vera et apte ad caussam allata sententia.

§. 3. *qui in b.—periculosus:* hoc

ſubire. Nam ſi vno loco eſſem, verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offenſus, et mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias prope 4
in conſpectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſuum ſpatio relicto conſedi, eo conſilio, vt vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem. Adiunxi haec in loco eligendo: flumen oppoſitum vt haberem, in quo mora tranſitus eſſet; Vocontii ſub manu vt eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Lepidus, deſperato aduentu meo, quem non mediocriter 5
captabat, ſe cum Antonio coniunxit a. d. IV. Kal. Iunias: eodemque die ad me caſtra mouerunt. viginti millia paſſuum cum abeſſent, res mihi nuntiata eſt. Dedi ope- 6
ram deum benignitate, vt et celeriter me reciperem, et hic diſceſſus nihil fugae ſimile haberet: non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis feruentibus latronibus interciperetur. Itaque pridie Nonas Iunias omnes copias Iſaram traieci, pontesque, quos feceram, interrupi; vt ſpatium ad colligendum ſe homines haberent, et ego me interea cum collega coniungerem: quem triduo, cum has dabam litteras, exſpectabam. Laterenſis noſtri et fidem et animum ſin- 7
gula-

§. 4. *oppoſitum:* interpoſitum inter me et hoſtes. v. interprr. ad Virg. Ge. III. 213. *Voc.—eſſent:* vt eorum principes mihi praeſto eſſent, ſi quid vellem. v. Ern. Clav. ſub *manus.*

§. 5. *captabat*, vt aut cogeret me cum Antonio ſocietatem inire, aut ipſe, inita cum illo, me opprimeret.

§. 8.

hoc additur, quia pudor per ſe autem ita: *quem in h. expertus*
eſt virtus, non vitium. melius *ſum eſſe m. periculoſum.*

gularem in rempublicam semper fatebor. sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem cum in fraudem se deductum videret; manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. in quo casu tamen interpellatus et adhuc viuit, et dicitur victurus.
8 Sed tamen de hoc mihi parum certum est. Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis. veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recentes habebant: quod Lepidum castigare non destiteram, vt exstingueret bellum; quod colloquia facta improbabam; quod legatos, fide Lepidi dimissos ad me, in conspectum venire vetaueram; quod C. Catium Vestinum, tribunum militum, missum ab Antonio ad me cum litteris, exceperam. In quo hanc capio voluptatem, quod certe, quo magis me petiuerunt, tanto maiorem his frustratio dolorem attulit.

Tu,

§. 8. * Ab initio huius §phi aliquid desidero. nam *a*) non possunt ea, quae hic narrantur, ad iter Antonii et Lep. aduersus Plancum pertinere, de quo §. 5. Vis verborum est maior, quam pro re, nisi quid postea gestum. *b*) interiecta narratio de αὐτοχειρίᾳ Laterensis aliquid noui h. l. suspicari iubet. *c*) ante *magno* in omnibus fere codd. legitur *et*, etiam in G. et M. quod seruatum orationem mancam ostendit, sublatum abruptam relinquit. *d*) τὸ *iis* post *elapsus sum* durum est ad *parricidas* referre, ob nimiam huius verbi propinquitatem. Videtur pars Antonianorum eum opprimere voluisse, de quorum improuiso aduentu narratio intercidit. * *dimissos* est in Gorl. et Magd. quod cum Bengelio seruaui: al. *missos.* post *exceperam* Beng. ex veteri ed. addi vult: *numeroque hostium habueram.*

§. 9.

§. 7. *fatebor* durius iudicat Ern. pro *praedicabo*, vt dubiret etiam, an exciderit *fuisse.*

Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem praeſta; 9
vt vigilanter neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes.
Veniat Caeſar cum copiis, quas habet firmiſſimas: aut, ſi
ipſum aliqua res impedit, exercitus mittatur; cuius ipſius
magnum agitur periculum. Quidquid aliquando futurum 10
fuit in caſtris perditorum contra patriam, hoc omne iam
conuenit: pro vrbis vero ſalute cur non omnibus faculta-
tibus, quas habemus, vtamur? Quod ſi vos iſtic non de-
fueritis; profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus
abunde reipublicae ſatisfaciam. Te quidem, mi Cicero, 11
indies, mehercules, habeo cariorem: ſollicitudinesque
meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex
amore, aut ex iudicio tuo perdam. Opto, vt mihi lice-
at iam praeſenti pietate meorum officiorum tua beneficia
tibi facere iucundiora. Octauo Idus Iun. Ciuarone, ex
finibus Allobrogum.

L. PLAN-

§. 9. *cuius* non exercitus, ſed Caeſaris, vnde fortaſſis *ipſius* additum. cf. ep. ſeq. §. 11. ſ.

§. 11. * *exacuunt:* G. et M. *excutiunt*, quod ex aliis notatum non reperio. Senſum dat contrarium, neque ineptum. Illud autem verum, quia non ſequitur *perdiderim* ſed *perdam*. *Opto* etc. Male ponunt inciſum poſt *iam*, trahuntque *praeſenti* ad *pietate*, (quod tautologiam parit;) cum pertineat ad *mihi*. Sed ſi quis in hac ſimplici enunciatione incidere vult, faciat in tironum gratiam poſt *praeſenti*. Nimirum optat Plancus, vt iam ſibi liceat coram demonſtrare pietatem ſuam adu. Ciceronem. Similis ſententia eſt ep. ſeq. §. 1.

§. 11. Melius ſic antecedentibus annecteretur oratio: *Te quidem, mi C. mihi nuſquam deeſſe certo ſcio. quam ob cauſſam te indies* etc. *Opto — iucund.* inciſim haec dicta minus ambigua et gratiora eſſent.

L. PLANCI EPIST. XI.

(ad diu. X. 24.)

Se gratum et beneficiorum pie memorem fore pollicetur: ſuas copias narrat: ſubſidium Caeſariani aut Africani exercitus poſcit: Octauianum reip. parum amantem eſſe cum doloris ſignificatione oſtendit, cumque ad meliorem cogitationem reuocari cupit.

PLANCVS IMP. COS. DESIGN. S. D. CICERONI.

Facere non poſſum, quin in ſingulas res meritaque tua tibi gratias agam. ſed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta neceſſitudo, quantam tu mihi tecum eſſe voluiſti deſiderare videtur gratiarum actionem: neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere deſungor orationis; et malo praeſens obſeruantia, indul-
2 gentia, aſſiduitate, memorem me tibi probare. Quod ſi mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias atque etiam pias propinquitates in tua obſeruantia, indulgentia, aſſiduitate vincam. Amor enim tuus, ac iudicium de me, vtrum

§. 1. * *defungor* eſt in Magd. non *defungar.* Gorl. *difingor*, vt etiam praeſens dare voluerit.

§. 3.

Primum caput §. 1. et 2. quamquam exquiſitas ſententias habet, non ita placet tamen, vt Plancus voluit. Recta eſt illa ſententia: *neq. en. — actionem.* nam gratiarum actio eſt quaſi alieni hominis; a filio e. g. non ſemper poſtulatur, quia per ſe intelligitur, hunc gratum eſſe, niſi contrarium manifeſto appareat. *allaturus:* Bengelius: „non ait *allaturum:* ſic quoque *amorem*, modeſtiae cauſſa, *indicio* anteponens.“

vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis
quotidie ſit allaturus, non facile dixerim. De militum 3
commodis fuit tibi curae. quos ego non potentiae meae
cauſſa, (nihil enim me non ſalutariter cogitare ſcio,)
ornari volui a ſenatu: ſed primum quod ita meritos
iudicabam; deinde, quod ad omnes caſus coniunctio-
res reipublicae eſſe volebam; nouiſſime, vt ab omni
omnium ſollicitatione auerſos eos tales vobis praeſta-
re poſſem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia 4
integra ſuſtinuimus. quod conſilium noſtrum, etſi, quan-
ta ſit auiditas hominum, non ſine cauſſa, talis victoriae,
ſcio, tamen vobis probari ſpero. Non enim, ſi quid in
his exercitibus ſit offenſum, magna ſubſidia respublica
habet expedita, quibus ſubito impetu ac latrocinio par-
ricidarum reſiſtat. Copias vero noſtras notas tibi eſ- 5
ſe arbitror. In caſtris meis legiones ſunt veteranae tres;
tironum vel luculentiſſima ex omnibus vna: in caſtris
Bruti, vna veterana legio, altera bima, octo tironum.
Ita vniuerſus exercitus numero ampliſſimus eſt, firmitate
exiguus. quantum autem in acie tironi ſit committendum,
nimium ſaepe expertum habemus. Ad hoc robur noſtro- 6
rum

§. 3. * *De mil. — curae:* videtur hac ſententia, per ſe et ſine nexu grammatico poſita, narrari, quod Cicero ignoret. Suſpicor vel tale quid ſcriptum fuiſſe: — *quod f. t. c. gratiſſimum mihi feciſti*; vel *fuerit* pro *fuit;* quod ob facilitatem probarem, niſi breuitas et ambiguitas offenderet. * *ſcio* friget, pro *mihimet ipſe conſcius ſum*, vt putem legendum, *ſcis.* *nouiſſime* pro *denique* rarius eſt: habet Celſus VII. 7. 8. *omnia integra* ſine praelio.

§. 7.

§. 3. *nouiſſ. — fuerunt:* minus ſubtiliter. nam haec tertia, quae debet eſſe, cauſſa rurſus ſecunda eſt verbis tantum immutata.

rum exercituum, siue Africanus exercitus, qui est
veteranus, siue Caesaris accessisset; aequo animo sum-
7 mam rempublicam in discrimen deduceremus. Ali-
quanto autem propius esse quod [ad] Caesarem [at-
tinet] videbamus; nihil destiti cum litteris hortari: ne-
que ille intermisit affirmare, se sine mora venire; cum
interim auersum illum ab hac cogitatione ad alia consilia
video se contulisse. Ego tamen ad eum Furnium nostrum
cum mandatis litterisque misi; si quid forte proficere
8 posset. Scis tu, mi Cicero, quod ad Caesaris amorem
attinet, societatem mihi esse tecum: vel quod in familia-
ritate Caesaris, viuo illo, iam tueri eum et diligere fuit
mihi necesse; vel quod ipse, quoad ego nosse potui, mo-
deratissimi atque humanissimi fuit sensus; vel quod, ex
tam insigni amicitia mea atque Caesaris, hunc filii loco
et illius et vestro iudicio substitutum non perinde habere
9 turpe mihi videtur. Sed (quidquid tibi scribo, dolenter
mehercule magis, quam inimice facio;) quod viuit Anto-
nius hodie, quod Lepidus vna est, quod exercitus habent
non contemnendos, quod sperant, quod audent; omne
10 Caesari acceptum referre possunt. Neque ego superiora
repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus
est, se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam
bellum

§. 7. * Vncis inclusimus, quae Stroth. epp. fell. p. 503. eiecit: quibus omissis clarior et mollior fit oratio. pluribus de his Str. disputat.

§. 8. * *vestro iud.* tuo et totius senatus iud. quod adoptionem et testamentum, quae res, vt in tali homine, ad acta C. Caesaris publica pertinent, comprobastis.

§. 10.

§. 8. — 10. Prudenter et moderate, grauissime tamen Octauianus reprehenditur. Oratio ipsa, vt ex iusta indignatione, velut rapidiori flumine fertur.

bellum eſſet, aut in aduerſiſſimam illi Hiſpaniam cum
detrimento eorum maximo extruſum. Quae mens eum, 11
aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi vero etiam neceſ-
ſaria ac ſalutari, auocarint, et ad cogitationem conſulatus
bimeſtris, ſummo cum terrore hominum, et inſulſa cum
efflagitatione tranſtulerint, exputare non poſſum. Mul- 12
tum in hac re mihi videntur neceſſarii eius, et reipublicae
et ipſius cauſſa proficere poſſe, plurimum, vt puto, tu quo-
que, cuius ille tanta merita habet, quanta nemo praeter
me. numquam enim obliuiſcar, maxima ac plurima me
tibi debere. De his rebus, vt exigeret cum eo, Furnio
mandaui. quod ſi, quantam debeo, habuero apud eum
auctoritatem; plurimum ipſum iuuero. Nos interea du- 13
riore conditione bellum ſuſtinemus, quod neque expeditiſſi-
mam dimicationem putamus, neque tamen refugiendo com-
miſſu-

§. 10. *aduerſiſſ. illi* Antonio; non tam Pollionis, quam regionis et Pompeiani nominis cauſſa. Sic Beng. qui legit *auerſ.* * quid ſi: *auerſiſſimam illico?* vt dicatur bellum ſtatim in remotiſſimas ab Italia regiones, Hiſpanias, translatum.

§. 11. *bimeſtris:* ad extenuandam rem, pro *paucorum menſium* ſc. quinque. cf. ad §. 14. *ſummo — efflagit.* quod per centurionem a ſenatu conſulatum petierat, qui capulum gladii oſtendens dixerat: *hic faciet, ſi vos non feceritis.*

§. 13. * *expeditiſſ.* Magd. *prudentiſſimam*, pro qua gloſſa melius eſſet *facillimam.* Sed illud veriſſimum.

§. 14.

§. 12. *numqu. — debere:* haec poſt illa, quae dicuntur §phis 1 et 2. videntur praetermittenda fuiſſe: frigide hic inculcantur. malis certe ſic fere: *n. en. obliuiſcar, neminem eſſe, qui tanta tibi debeat ornamenta, quanta me tibi debere gaudeo.* Nam *τὸ me* maximam habet inter reliqua dignitatem, quem *accentum rhetoricum* vocant, quod in Planci verbis ob vocis breuitatem non ita ſentitur, vt debet.

miſſuri ſumus, vt maius detrimentum respublica accipere poſſit. Quod ſi aut Caeſar ſe reſpexerit, aut Africanae legiones celeriter venerint; ſecuros vos ab hac parte red-
14 demus. Tu, vt inſtituiſti, me diligas rogo, proprieque tuum eſſe, tibi perſuadeas. V. Kal. Sext. ex caſtris.

C. POL-

§. 14. * *Sext.* defendit Strothius rationibus Hiſtoricis contra eos, qui ob *conſulatum bimeſtrem* §. 11. hoc tolli et *Nouembr.* intelligi volunt.

C. POLLIONIS
EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Multa veterum testimonia de C. Asinio Pollione Manutius ad ep. I. conquisiuit; sed magis curiose, quam certa ratione et consilio, nisi forte aliis ea diiudicanda et componenda relinquere voluit. Neque enim pugnantia inter se conciliare conatus est, neque ausus, consideratis illius epistolis, de suo aliquid addere. Nobis ex illa iudicandi materia ita statuendum videtur, vt dicamus, in Pollione fuisse multam inuentionem, summamque in exsequendis argumentorum locis diligentiam, aliquam in verborum vsu duritiem, neque Tullianam perspicuitatem; in compositione magnam quidem curam, sed vt numeros sequeretur maxime suos, et suis magis, paucorumque fortasse, quam multitudinis auribus gratos. Atque has ob caussas eum putamus a nitore et iucunditate Ciceronis, cuius laudi inuidebat, ita longe abfuisse, vt videri posset fere seculo prior. A Manutio etiam hoc e Quintiliano affertur L. X. c. 2. *tristem* et *ieiunum* in dicendo habitum esse; h. e. vt ego capio, horridum et ornamentis carentem, siue, vt aliis verbis ac eo iudicatur, durum et siccum. Sed diserte hoc ibi non dicitur: verum mali imitatores redarguuntur, quorum qui tristes ac ieiuni sint, Pollionem se aemulari credant. Dicit autem auctor dialogi de orat. c. 21. Pacuuium et Attium ab eo non solum in tragoediis, sed etiam in orationibus expressos esse. ex quo et illud clarius intelligitur, et caussa simul aperitur, ob quam aliis numerosus est visus, aliis non item. Erat et ipse poeta, et

et poëtas legerat, atque ita numeris poëticis erat adſuetus, vt in ſoluta etiam oratione verba ad illos quodammodo componeret, quin etiam vt verſus integri ei exciderent, vt Quintilianus IX. 4. innuit. Licet illud agnoſcere vel ex his epp. in quibus paſſim ſententiae per iambos aut trochaeos cadunt, vt ep. I. §. 1. *poſteaquam itum eſt ad arma:* ep. II. §. 7. *mitterem ſibi*: ibid. § 9. *tuliſſe me putabo.* Facile concedo etiam in aliorum epiſtolis talia reperiri multa; ſed in illis caſu credibile eſt factum; in hoc veroſimilius voluntate et ſtudio.

Ceterum in his eius epp. ordo et ſeries ſententiarum non vbique is eſt, qui debet: vnde paſſim aliqua obſcuritas oritur, maxime vbi particulae ab initio deſiderantur. Itaque, cum omnino mediocre lumen orationis habeant, niſi illa grauiora teſtimonia haberemus, non optimus, aut ſaltem non ſubtilis et perſpicuus ſatis orator nobis Pollio videretur fuiſſe.

C. POLLIONIS EPIST. I.

(ad diu. X. 31.)

Excuſationem affert, quare ſtudium ſuum erga remp. nondum declarauerit, quod nempe litterae vltro citroque perferri non potuerint; et ſe pacis libertatisque percupidum oſtendit.

C. ASINIVS POLLIO CICERONI S. D.

Minime mirum tibi debet videri, nihil me ſcripſiſſe de republica, poſteaquam itum eſt ad arma. Nam ſaltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc

Epiſtola ſine magno artis ſtudio non male ſcripta. Duplicem excuſationis cauſſam vna periodo complectitur. Mihi vis argumenti melius ſentiri et cogitatio non ita primam partem transuolare videtur, ſi iſta hoc modo dirimuntur: *Nam ſ. — tabellarios, nunc ſr.*

nunc frequentioribus latrociniis infeſſior factus eſt, tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta, qui locis omnibus diſpoſiti ab vtraque parte ſcrutantur tabellarios et retinent.
Itaque, niſi nunc perlatae litterae eſſent, omnino neſcirem, 2
quid illic fieret. Nunc vero nactus occaſionem, poſteaquam nauigari coeptum eſt, cupidiſſime, et quam creberrime potero, ſcribam ad te. Ne mouear eius ſermonibus, 3
quem tametſi nemo eſt, qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus eſt, oderunt homines, periculum non eſt. Adeo eſt enim inuiſus mihi, vt nihil non acerbum putem, quod commune cum illo ſit. Natura autem mea 4
et ſtudia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque

§. 1. *ab vtraque p.* tam ſupra quam infra illum ſaltum.

§. 3. * *mouear:* Gorl. et Magd. cum omnibus *moueare*, quod ſeruat Bengelius ponitque poſt *od. homines* ſemicolon. Sed etiam ſic omnia manent dura. *eius ſerm.* Antonii, cuius ſermones ad Pollionem ſibi adiungendum ſpectantes Romam perlati, et a Cicerone ad Pollionem perſcripti. vid. ad §. 4. * *videre* valde ineptum mihi videbatur, vt reſcribendum putarem *viuere.* Occurrit mihi poſtmodum locus Cic. Verr. III. 9. — *quem omnes odiſſent, neque videre vellent:* ex quo apparet, ad odium exprimendum ſic dici.

§. 4. *ſtudia* doctrinae. *ciuilis belli* inter Pompeium et Caeſarem. * *ea c. fugi:* notum eſt, Pollionem fuiſſe in caſtris Caeſaris. vid. ad D. Brut. ep. III. §. 3. Sed ſequentia difficultatem mouent, vt ſcribi malim *ea c. non f.* Nempe cum alterutrum ſequi neceſſe eſſet, declarauit Pollio, fortem animum ſibi non deeſſe, et in Caeſaris caſtra cum maiore ſuo periculo ſe contulit, licet ſciret ibidem eſſe Antonium, ante amicum, tum vero inimiciſſimum. Facile quiſpiam τὸ *non*, quod primo adſpectu vitioſe additum videretur, ſuſtulit. Neque fucum facere videtur Pollio. nam Antonius ep. III. §. 11. cum inter ſuos non nominat. aliud argumentum ex Planci ep. XI. §. 10. dubium eſt.

fr. etiam latr. — eſt. neque tamen ille tanta etc. §phi 3 et 4. obſcuri non vitio, ſed conſilio. v. expl. Clariora et ſuauiora ſequuntur.

que illud initium ciuilis belli ſaepe defleui. Cum vero
non liceret mihi nullius partis eſſe; quia vtrobique
magnos inimicos habebam: ea caſtra fugi, in qui-
bus plane tutum me ab inſidiis inimici ſciebam non
futurum. compulſus eo, quo minime volebam, ne
in extremis eſſem, plane pericula non dubitanter
5 adii. Caeſarem vero, quod me in tanta fortuna,
modo cognitum, vetuſtiſſimorum familiarium loco
habuit, dilexi ſumma cum pietate et fide. Quae
mea ſententia gerere mihi licuit, ita feci, vt optimus
quisque maxime probarit: quod iuſſus ſum, eo tempore
atque ita feci, vt appareret, inuito imperatum eſſe.
6 Cuius facti iniuſtiſſima inuidia erudire me potuit,
quam iucunda libertas, et quam miſera ſub dominatione
vita eſſet. Ita ſi id agitur, vt rurſus in poteſtate omnia
vnius ſint; quicumque is eſt, ei me profiteor inimicum:
nec periculum eſt vllum, quod pro libertate aut refugiam
aut

eſt. *quo min. v.* nam domi in pace eſſe malebam, quam vlla conditione in bello. *extremis* ignauiſſimis, qui quauis conditione omnia pericula euitare ſtudent. Ceterum §pho 3 et 4 conſulto, vt opinor, obſcure et ambigue Pollio ſcripſit, vt ne, ſi intercepta epiſtola eſſet, ab Antonio capitale odium ſibi concitaret, ſed alius inimicus poſſet intelligi.

§. 5. * *tempore:* an probari poſſit *tepore?* coniugata certe multa de remiſſiore ſtudio vſurpantur.

§. 6. *cuius f.—inuidia:* odium mihi ex illo facto iniuſtiſſime concitatum. Quid autem fuerit, quod iuſſu Caeſaris adminiſtrauit, non conſtat.

§. 8.

§. 6. Valde probabilem facit auctor ſuum libertatis amorem. pro *iucunda* aptius dicas: *felix* vel *optabilis.* *quic. is eſt:* ſubobſcure Ciceronis impotentiam tangi credo.

aut deprecer. Sed conſules neque ſenatusconſulto, ne-
que litteris ſuis praeceperant mihi, quid facerem. Vnas
enim poſt Idus Martias demum a Panſa litteras accepi, in
quibus hortatur me, vt ſenatui ſcribam, me et exercitum
in poteſtate eius futurum. quod, cum Lepidus concio-
naretur, atque omnibus ſcriberet, ſe conſentire cum
Antonio, maxime contrarium fuit. Nam quibus com- 8
meatibus, inuito illo, per illius prouinciam legiones du-
cerem? aut, ſi cetera tranſiſſem, num etiam Alpes po-
teram transuolare, quae praeſidio illius tenerentur? Adde
huc, quod perferri litterae nulla conditione potuerunt,
ſexcentis enim locis excutiuntur; deinde etiam retinentur
a Lepido tabellarii. Illud me Cordubae pro concione 9
dixiſſe, nemo vocabit in dubium, prouinciam me nulli,
niſi qui ab ſenatu miſſus veniſſet, traditurum. Nam de
legione Trigeſima tradenda quantas habuerim contentio-
nes, quid ego ſcribam? qua tradita, quanto pro repu-
blica infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac enim
legio-

§. 8. * *tenerentur*. ex Magd. pro *tenentur*, quod alii minus recte.

§. 9. *leg. Trigeſ.* ep. ſeq. §. 7. * *putare eſſe*: pro his eſt in Magd. ſimpliciter *eſtimare* i. e. *exiſtimare*. nam illis litteris vbique ſcribitur. Graeuius *τὸ eſſe* ſuſtulit, quia non eſt Ciceronianum: dequo ipſo dubitandum, cum dicatur Phil. VIII. 2. *quis poteſt bellum eſſe dicere?*) ſed modo Pacuuianum ſit, genuinum habere poſſumus. Simile eſt ep. II. §. 8. vbi *τὸ eſſe* melius abſit.

§. 11.

§. 7 — 9. Nexus ſententiarum eſt hic: Cum iuſſus eſſet Pollio litteris profiteri, ſe et exercitum in poteſtate ſenatus futurum, dicit illud fieri non potuiſſe, quod *a*) Lepidum habuerit aduerſarium; b) Litterae perferri non potuerint; declaraſſe tamen ſuum pro rep. ſtudium in eo, quod pro concione dixerit, et in aſſerenda ſibi legione.

legione noli acrius aut pugnacius quidquam putare esse.
10 Quare cum me existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim; (omnes enim ciues plane studeo esse saluos;) deinde qui et me et rempublicam vindicare in libertatem
11 paratus sim. Quod familiarem meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. Inuideo illi tamen, quod ambulat et iocatur tecum. Quaeres, quanti aestimem? Si vmquam licuerit viuere in otio, experieris.
12 nullum enim vestigium abs te recessurus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in prouincia, an ducendo exercitu in Italiam, reipublicae magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est manere, tamen, quia video, tali tempore multo magis legionibus opus esse, quam prouinciis, quae praesertim recuperari nullo negotio possunt,
13 constitui, vt nunc est, cum exercitu proficisci. Deinde ex litteris, quas Pansae misi, cognosces omnia. nam tibi earum exemplar misi. XVII. Kal. April. Cordubae.

C. POL-

§. 11. *familiarem m.* intelligunt Corn. Gallum ex ep. sq. * *quaeres:* G. et M. cum aliis: *quas res.* malim *quaeris.* videtur enim ex Ciceronis epistola repetitum.

§. 13. *deinde*, quorsum sc. et quo consilio proficisci et quid tum moliri constituerim. * *exemplar:* Asc. et Magd. *exemplum.*

§. 10. Recte hic, vbi ad alia transiturus est, breuiter de sensu suo repetit, de quo plura in antecedd. maxime §. 3—6.

§. 12. An non h. l. suspectus fit Pollio? difficulter certe, quae hic dicuntur, concilies cum §. 8.

§. 13. *deinde:* hoc, si sanum est, probandum certe non est. melius: *reliqua.*

C. POLLIONIS EPIST. II.

(ad diu. X. 32.)

Balbi quaestoris sui scelera exponit: rogat, vt constituatur, quid ipse facere debeat: quid adhuc reipublicae praestiterit, enarrat.

C. ASINIVS POLLIO CICERONI.

Balbus quaestor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti, coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se a Gadibus, et triduum tempestate retentus ad Calpen, Kal. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis, plane bene peculiatus. His rumoribus vtrum Gades referatur, an Romam, (ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat,) nondum scio. Sed praeter furta et rapinas, et virgis caesos socios, haec quoque fecit, vt ipse gloriari solet, eadem, quae C. Caesar. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, histrionem, summo ludorum die, annulo aureo donatum, in XIIII sessum deduxit. tot enim fecerat

§. 1. *Balbus* minor, cuius patruus ille, qui epp. supra explicatas scripsit. *duxit se:* clam abiit, se subduxit. *rumoribus*, sermonibus de bello ciuili, quo audaciam suam impune abire putat.

§. 2. *Ludis — deduxit.* vt Caesar Laberium *equitem R.* cum mimum suum egisset, annulo aureo et magna pecunia donarat: sic B. Herennium annulo aureo, insigni equestris ordinis, donatum ipse adeo deduxit in XIV gradus, locum in theatro equestri ordini tributum.

§. 3.

Paullo deterior haec videtur, certe apparet compositionis cura: quam superior epistola, minor vnde et illud ἀνακόλουθον §. 4.

3 rat ordines equestris loci. Quatuoruiratum sibi prorogavit: comitia biennii biduo habuit; hoc est, renuntiauit, quos ei visum est: exsules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus
4 aut expulsus est, Sex. Varo proconsule. Illa vero iam ne Caesaris quidem exemplo, quod ludis praetextam, de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem sollicitandum, posuit. et quidem, cum ageretur, fleuit, memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoribus autem Fadium quemdam militem Pompeianum, quia, cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctore sese nolebat, et ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in populum; (collecti enim lapides sunt in eum, cum abriperetur Fadius;) deinde abstractum defodit in ludo, et viuum combussit: cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet, et illi

§. 3. *IVviratum*, qui honor videtur deponendus fuisse, cum quaestor factus esset. *hor. tempp.* a Caesaris ciuili bello, ex quo etiam boni viri exsulant. *senatus* non Romanus, sed Gaditanus.

§. 4. *sollicitandum*, vt a Pompeio deficeret, et Romam rediret. Hoc igitur argumentum erat fabulae, quam *posuit*, agi iussit. *Gladiatoribus:* (abl. absolutus) eo die, quo gladiatores pugnabant. *in eum*, Balbum ipsum, tam crudelem. *defodit* dimidia corporis parte, igne circumposito, vt ap. Carthaginienses factum traditur. *pransus — inamb.* v. anal. * *natus:* verbum inusitatum in

§. 4. *Fadium — Gallos eq. immisit.* In illo accusatiuo *Fadium*, iam habebat in mente *defodit* et *combussit*. sed dimisit tantisper ex mente, dum interiecta illa narraret. *militem Pompeianum* bene adiicitur ad inuidiam maiorem. apta hypotyposi ob oculos ponitus Balbi immanitas et durus immotusque in alterius supplicio animus: vbi *pransus*, in conspectu scil. hominum, *manibus — inambulans* etiam nostris moribus flagitiose dissolutus et inhumanus iudica-

illi misero quiritanti: *C. R. natus sum*, responderet: *Abi*
nunc, populi fidem implora. Bestiis vero ciues Romanos, 5
etiam in his circulatorem quendam auctionum, notissi-
mum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit.
Cum huiuscemodi portento res mihi fuit. Sed de illo plu-
ra coram. Nunc, quod praestat, quid me velitis facere, 6
constituite. Tres legiones firmas habeo: quarum vnam,
Duodetrigesimam, cum ad se initio belli arcessisset Anto-
nius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, dena-
rios quingenos singulis militibus daturum; in victoria vero
eadem praemia, quae suis legionibus, (quorum quis vllam
finem aut modum futurum putauit?) incitatissimam reti-
nui, aegre mehercules; nec retinuissem, si vno loco ha-
buissem, vtpote cum singulae quaedam cohortes seditio-
nem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit lit- 7
teris atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero
minus Lepidus vrsit me et suis et Antonii litteris, vt le-
gionem Trigesimam mitterem sibi. Itaque quem exerci- 8
tum neque vendere vllis praemiis volui, nec eorum peri-
culorum metu, quae, victoribus illis, portendebantur,
diminuere, debetis existimare retentum et conseruatum rei-
publi-

in hac quiritantis formula recte defenditur. codices omnes habent: et quis non videt, Fadium libera pertinacia vti, et in morte etiam obiicere Balbo patriam ignobilem. Pertinet autem huc vel maxime Paulli Apostoli illud: ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. Act. XXII. 28.

§. 5. *res m. fuit*, vt cum quaestore meo.

§. 9.

dicaretur: *nudi* autem *pedes* et *tun. soluta* ex Romanorum moribus summam incuriam, et negligentiam tam sui quam aliorum produnt.

publicae esse; atque ita credere, quodcunque imperassetis,
9 facturum fuisse, si, quod iussistis, feci. Nam et provinciam in otio, et exercitum in mea potestate tenui: finibus meae prouinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi: et, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci. Quarum rerum fructum satis magnum republica salua tulisse me putabo. Sed respublica si me satis nouisset, et maior pars senatus; maiores ex me fructus
10 tulisset. Epistolam, quam Balbo, cum etiamnunc in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misi. etiam praetextam, si voles legere, Cornelium Gallum, familiarem meum, poscito. VI. Idus Iunias, Corduba.

C. POL-

§. 9. *decedentes* de statione, et transituros ad Ant. aut Lep. cf. Cassii Q. ep. §. 6.

§. 10. *praetextam*, fabulam, de qua §. 4. *Gallum Corn.* poetam nobilem.

§. 8. *fact. fuisse:* vix tanti est desidero ob ambiguitatis spedesiderare τὸ *me*. inuitus tamen ciem.

C. POLLIONIS EPIST. III.

(ad diu. X. 33.)

Deplorat acceptam praelio Mutinensi reip. calamitatem, et caussas affert, quare non sponte ad Lepidum iter fecerit: reip. tamen se proximis litteris succurrere velle ostendit.

POLLIO CICERONI S. P.

S. V. B. E. E. Q. V. Quo tardius certior fierem de praeliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouem dies retinuit; tametsi tantam calamitatem reipublicae quam tardissime audire optandum est; sed illis, qui prodesse nihil possunt, neque mederi. Atque 2
vtinam eodem senatusconsulto, quo Plancum et Lepidum in Italiam arcessistis, me quoque iussissetis venire! profecto non accepisset respublica hoc vulnus. Quo si qui laetantur in praesentia, quia videntur et duces et veterani Caesa-

De summa huius ep. hoc monere liceat, quod auctor non satis constitutum videtur habuisse, quid et quo consilio scribere vellet. Quod si ipse constitutum habuit, Ciceronem certe diuinare magis quam cognoscere illud voluit. Nam, vt §. 1 et 2 mittamus, a §pho 3. oratio spectat eo, vt se excuset, et rationes afferat, cur non sponte et sine auctoritate senatus ad Lepidum profectus sit. Sed hoc non clare proponitur. Debebat ergo ante §. 4. saltem dici: *et sane ad eum proficisci volebam.* Rationes sunt: α) *necesse erat ei adulari, eumque spe transitus mei ducere, quod obtrectatores mei in contrariam partem rapere potuissent:* β) *Nimis longe remotus in vltima Lusitania erat exercitus meus: Pansa vero et Hirtius confligere cum Antonio festinarunt.* Priori argumento multa opponi possunt; et posterius vnum sufficiebat. Quod se excusat, bene habet, in tanta praesertim rerum perturbatione; cum per se contrarium excusandum sit.

Addimus haec singulatim. §. 2. *prof.—vulnus:* nimis confidenter.

Caeſaris partium interiiſſe; tamen poſtmodum neceſſe eſt
doleant, cum vaſtitatem Italiae reſpexerint, nam et ro-
bur et ſuboles militum interiit; ſi quidem, quae nuntian-
3 tur illa ex parte, vera ſunt. Neque ego non videbam,
quanto vſui reipublicae eſſem futurus, ſi ad Lepidum ve-
niſſem. omnem enim cunctationem eius diſcuſſiſſem,
4 praeſertim adiutore Planco. Sed ſcribenti ad me eius-
modi litteras, quas leges, concionibus videlicet, quas
Narbone habuiſſe dicitur, ſimilis, palparer plane neceſſe
erat, vellem commeatus, per prouinciam eius iter fa-
5 ciens, habere. Praeterea verebar, ne, ſi ante, quam
ego incepta perficerem, praelium confectum eſſet, pium
meum conſilium raperent in contrariam partem obtrecta-
tores mei, propter amicitiam, quae mihi cum Antonio,
6 non maior tamen, quam Planco fuit. Itaque a Gadibus
menſe

§. 2. * *illa ex parte* ſc. ex Gallia Lepidi §. 8. Scripſi ita de coniectura pro *vlla e. p.* nam ſi vel minima tantum pars earum rerum vera eſt, quae ex Gallia nuntiantur, ſi v. g. tantum L. Fabatus cecidit, aut Antonius obſidionem reliquit; an ea re *et robur et ſuboles interiit*? Nihil vſitatius, quam illorum verborum permutatio. In Magd. non fuit *vlla*, ſed aliud: in marg. tamen eadem manu: *vlla*.

§. 4. *palparer*, adularer; et ſic vana ſpe ducerem, etiam me conſentire cum Antonio. * Hoc verbum e coniectura Victorii receperunt. Manutius videtur nodum magis incidere, quam ſoluere, cum librorum fere omnium *palmarer* defendit, verbum inauditum, cui *adulandi* et *blandiendi* ſignificationem tribuit. Gorl. *palma res:* Magd. vero *palmare*.

§. 5. *Planco fuit* cum eodem Antonio, quem Plancum tamen pro-

§. 5. *Praeterea* nouum argumentum videtur inferre. melius ita: *verebar autem.* nam quod §. 4. dicitur per ſe vix argumenti inſtar eſt: hoc autem addito pondus ſuum accipit.

menſe Aprili binis tabellariis in duas naues impoſitis, et
tibi et conſulibus, et Octauiano ſcripſi, vt me faceretis
certiorem, quonam modo plurimum poſſem prodeſſe rei-
publicae. Sed, vt rationem ineo, quo die praelium
Panſa commiſit, eodem a Gadibus naues profectae ſunt.
nulla enim poſt hiemem fuit ante eam diem nauigatio.
Et hercules longe remotus ab omni ſuſpicione futuri ciui- 7
lis tumultus, penitus in Luſitania legiones in hibernis
collocaram. Ita porro feſtinauit vterque confligere, tam-
quam nihil peius timerent, quam ne ſine maximo reipu-
blicae detrimento bellum componeretur. Sed ſi prope- 8
randum fuit, nihil non ſummi ducis conſilio geſſiſſe Hir-
tium video. nam haec mihi ſcribuntur ex Gallia Lepidi
et nuntiantur: Panſae exercitum conciſum eſſe, Panſam
ex vulneribus mortuum; eodem praelio Martiam legio-
nem interiiſſe, et L. Fabatum, et C. Peducaeum, et D.
Carſulenum: Hirtiano autem praelio et Quartam legio- 9
nem,

propterea non credunt perfide agere, et cum amico Antonio con-
ſpirare.

§. 7. *vterque* v. anal.

§. 8. *Sed ſi — H. video:* ironice. Male properauit et temere, vt euentus ipſe docuit. * *nam:* hanc particulam pro *nunc*, quod Graeuius ex ſolis Vatic. et Amſt. receperat, reuocare debui. Iam enim ſententiae ironicae rationes afferuntur.

§. 9.

ſphus 6. male inculcatur.

§. 7. *vterque:* Hirtius et Panſa, vt mihi videtur. ambiguum tamen debet videri, quia interpretes doctiſſimi Panſam et Antonium intelligiunt.

§. 8. *geſſiſſe Hirt. video:* malim dixiſſe: *g. et Panſam et H. video.* nam de vtriusque praelio ſeparatim dicitur. Ironiae in tanta miſeria non erat locus, praeſertim cum Hirtius mortuus nunciaretur, quem pungere inhumanum eſſet. Sed hac ironia magis ſenatus carpitur, a quo Hirtius miſſus.

nem, et omnes peraeque Antonii caeſas; item Hirtii: Quartam vero, cum caſtra quoque Antonii cepiſſet, a Quinta legione conciſam eſſe; ibi Hirtium quoque periiſſe et Pontium Aquilam; dici etiam Octauium cecidiſſe: (quae ſi, quod dii prohibeant! vera ſunt; non mediocri-
10 ter doleo:) Antonium turpiter Mutinae obſeſſionem reliquiſſe, ſed habere equitum —, legiones ſub ſignis armatas tres, et P. Bagiennii vnam, inermes bene multos; Ventidium quoque ſe cum legione Septima, Octaua, Nona coniunxiſſe: ſi nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema, et non modo nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum: Parmam direptam; L. Antonium Alpes
11 occupaſſe. Quae ſi vera ſunt, nemini noſtrum ceſſandum eſt, nec exſpectandum, quid decernat ſenatus. Res enim cogit huic tanto incendio ſuccurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani ſaluum
12 volunt eſſe. Brutum enim cohortes XVII, et duas non frequentes tironum legiones, quas conſcripſerat Antonius, habere audio. neque tamen dubito, quin omnes, qui ſuperſint de Hirtii exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu non multum ſpei puto eſſe; praeſertim cum nihil ſit periculoſius, quam ſpatium confirmandi ſeſe Antonio
13 dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, pro-

§. 9. *Pont. Aquilam:* de quo D. Brut. ep. VI. §. 2.

§. 10. *equitum* — numerus in codd. non additur. v. ad Lepidi ep. I. §. 2.

§. 11. Hic extremum caput perquam eleganter et grauiter proponitur.

§. 13. *libertatem:* imo *opportunitatem*, *facultatem.* vt illud non

propterea quia frumenta aut in agris aut in villis sunt. Itaque proximis litteris consilium meum expedietur. nam neque deesse, neque superesse reipublicae volo. Maxime tamen doleo, adeo et longo et infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo post, aut vltra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur.

SER.

§. 13. *libertatem mai.* iter faciendi, moliendi. *neque — volo:* nulla conditione otiosus volo esse; neque si quam spem in me resp. ponit, neque si nullam ponit. Scil. *superesse* est superfluum esse: et aegre fert Pollio, indignationemque suam verbis *neque superesse* significat, se contemni et operam suam non requiri. cf. §. 2. et ep. I. §. 12. ep. II. §. 9. Bene hoc respondet τῷ *deesse*. Ineptum autem esset, cum bonam spem habeat Pollio, hic desperatum repente intelligere, qui rep. sublata superstes esse nolit. *maxime t. d.* Haec ita cohaerent: etsi dixi, proximis litt. Roma scil. afferendis consilium meum (§. 11. et ep. I. §. 12. expositum) expeditum iri; *tamen doleo veniri*, vt adeo exspectandum non sit, quid decernat senatus. §. 11. non improbem, clariora saltem et aptiora haec sunt. *nam — volo.* plane viriliter dicitur breui et concinna sententia.

SER. SVLPICII EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

Venimus nunc ad doctiſſimum virum Seruium Sulpicium, quo non facile quis plus ſtudii ad dicendum et ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe traditur. Acuit ingenium dialecticis, cui arti adiunxit et litterarum ſcientiam, et loquendi elegantiam; quod ex ſcriptis eius, quorum, vt Cicero Brut. c. 42. teſtatur, ſimilia nulla fuerunt, facillime perſpici potuit, et quorum ſubtilitati et elegantiae idem ſe facile cedere fatetur ad diu. IV. 4. Horum ſcriptorum vtinam aliqua pars ad noſtram aetatem perueniſſet! Sed tamen Brut. l. l. Cicero ex ſua et Bruti perſona iudicat eum eloquentiae tantum aſſumſiſſe, vt ius ciuile facile poſſet tueri; et viſum ſibi in ſecunda arte primum eſſe maluiſſe, quam in prima ſecundum, cum fortaſſe princeps eſſe potuiſſet. Summa enim et praecipua eius laus fuit in iure ciuili, quod ſi non primus in artis formam redegit, (hoc enim Scaeuola vtcunque fecerat;) tamen artem correxit, et ſubtilius accuratiusque docuit. Sed quae laus ad inſtitutum noſtrum pertinet, de ea iam ſatis dictum eſt, vt intelligi poſſit, cum fuiſſe bonum oratorem et ſcriptorem, qui *ſubtilitate et elegantia* maxime excelleret. De hac propria eius virtute in vniuerſum diſſerit Manutius ad diu. IV. 4. Add. Ern. Clau. Cic. v. *ſubtilis* ſſ.

Ceterum confunditur paſſim, v. g. a Burmanno ad Quintil. X. 1. a Geſnero Lex. Fabri, cum hoc *Seruio Sulpicio* (ſiue *M. Seruio;* cf. ad Balb. ep. IV. de *Numerio;*) *Publius Sulpicius*, qui

qui multum diuerfa, et, vt ita dicam, plane tribunicia vfus eft eloquentia. *Fuit enim*, (Cicero ipfe loquitur, Brut. c. 55.) *vel maxime omnium, quos quidem ego audiuerim, grandis, et, vt ita dicam, tragicus orator.* Itaque nominis quidem ambiguitate poteft confundi, fed orationis genere ita longe diuerfus eft, vt ftatim apparere debeat, de alio homine l. l. effe fermonem.

SER. SVLPICII EPIST. I.

(ad diu. IV. 5.)

Ciceronem Tulliae filiae morte moerentem confolatur.

SERVIVS CICERONI SAL.

Pofteaquam mihi renuntiatum eft de obitu Tulliae filiae tuae, fane quam pro eo ac debui, grauiter molefteque tuli, communemque eam calamitatem exiftimaui. qui fi iftic affuiffem, neque tibi defuiffem, coramque meum dolorem tibi declaraffem: etfi genus hoc confola-

§. 1. *etfi genus* etc. Haec annecti debent priori fententiae: *qui fi iftic* etc. fermo enim eft de eo, qui coram confolatur, non de eo, qui per litteras aliquanto poft id facit, vt Seruius. Noua igitur periodus

Haec epiftola in primis diligenter fcripta et ita pulchra eft, vt cum optimis Ciceronis epp. conferri, vel iis etiam anteferri poffit. Simillima eft Ciceronis ep. 16. libri V. eleganter illa quidem compofita, fed nec tam copiofe, nec tam grauiter, nec tam ex animo fcripta. In hac noftra, quaecunque ad leuandum dolorem excogitari poffunt, exponuntur breviter, et fermone quotidiano, ita tamen, vt neque ficcum et ieiunum quidquam, neque abiectum aut humilius, quam pro tanta rerum grauitate, appareat, maioremque fplendorem ex tropis et figuris non requiras. In primis illud admiror, quod tanta rerum copia tam paucis verbis expofita eft, et tam felici quidem breuitate, vt omnia iufto modo amplificata

ſolationis durum atque acerbum eſt, propterea quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipſi pari moleſtia afficiuntur, neque ſine lacrimis multis id conari poſſunt; vt magis ipſi videantur aliorum conſolatione
2 indigere, quam aliis poſſe ſuum officium praeſtare. Tamen, quae in praeſentia in mentem mihi venerunt, decreui

riodus incipit a *tamen*, vt imprimi curauimus, non ab *etſi*, vt ab inſequenti particula *tamen* decepti ſtatuunt. Eodem errore labuntur Coel. ep. I. §. 1. * *durum:* hoc in codice ſuo antiquo legit Hubertinus Creſc. habet enim ita in comment.: *durum*, *difficile;* neque aliud quidquam addit. *M* et *D* videmus permutari in *dos* et *mos* apud Phaedrum. Hoc autem loco in antiqua ſcriptura *S* ad *D* indoctus librarius trahere, aut doctus labi humano errore potuit, vt ſcriberet *murum:* quod doctiores cum nihili viderent eſſe, in *mirum*, *minimum* et alia mutarunt. Victorii *miſerum* iuſto grauius eſt. nam etſi coniungitur paſſim cum adi. *acerbus;* tamen per ſe hoc eſt minus certae et definitae ſignificationis, quam illud, vt mollius h. l. ſit iunctum cum *durus*, quod auctoritate illius codicis Hubert. recipiendum duxi. *confieri:* Magd. *conferri.* idem poſtea *vt magis*, non *vti m.* hoc cum Benedicto recepi. * *propinquos ac f.* nihil hic mutandum: bene hi accuſatiui per appoſitionem ſequuntur.

§. 2.

ficata ſentias, nec quidquam vllo loco addi deſideres. Elegantem huius ep. interpretationem germanicam nobis dedit is, quem ſupra laudauimus ad Matii ep. II. *I. C. T. Erneſtius* in *Auserleſene Briefe Ciceros* p. 62. qui etiam prudentiam Sulpicii et artificium oratorium ſtudioſe aperuit. Nobis, qui textum Latinum tractamus, et plura etiam in verbis excutimus, licebit omnia breuius perſequi.

Exordium declarat ſocietatem doloris, quae res vel maxime ad officium conſolatoris pertinet. nam non modo in gratiam hominis moerentis tales ſententiae ſeſe inſinuant, vt reliqua ſibi apud animum proponi facilius patiatur, ſed etiam cogitatione amicitiae inducta animum a dolore auocant, aut, ſi amicitiae vis non tanta eſt, φιλαυτίαν mouent, quod alios agnoſcere videt, ſe non ſine cauſſa dolere. Ita in alterutram partem habet, quo a dolore aberret, et paullulum certe acquieſcat. Manutius reprehendit *τὸ pari* malitque ſcriptum *ſimili.* recte. poſſis etiam dicere *prope pari.*

ereui breui ad te perſcribere: non quo ea te fugere exiſti-
mem; ſed quod forſitan dolore impeditus minus ea per-
ſpicias. Quid eſt, quod tanto opere te commoueat tuus 3
dolor inteſtinus? cogita, quemadmodum adhuc fortuna
nobiſcum egerit; ea nobis erepta eſſe, quae hominibus
non minus, quam liberi, cara eſſe debent; patriam, ho-
neſtatem, dignitatem, honores omnes. Hoc vno in-
commodo addito quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui
non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet,
atque omnia minoris aeſtimare? An illius vicem (credo) 4
doles? Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt et tu ve-
neris, et nos ſaepe incidimus, hisce temporibus non peſ-
ſime cum iis eſſe actum, quibus ſine dolore licitum eſt
mortem cum vita commutare! Quid autem fuit, quod il- 5
lam

§. 2. *in praef.* poſtquam meus dolor leuatus eſt.

§. 3. *inteſtinus:* domeſticus; non interior, qui animum angat: eſſet enim poeticum epitheton. opponitur dolor ex amiſſione *patriae, honeſtatis* etc. *dignitas* (quantum in meo ſenſu latet,) plus eſt, quam *honeſtas;* pluris tamen haec, quam illa. diſſoluti eſt, honeſtatem non tueri: dignitate aequo animo carere laudatur interdum. honeſtas poteſt eſſe a patribus accepta; dignitas non item, quae honoribus gerendis maxime acquiritur. amiſſa honeſtate dignitas ſimul perit: non contra.

§. 5.

§. 2. Propoſitio cum prudenti excuſatione.

§. 3. Prima conſolandi ratio a conditione temporum ducta, quibus amiſſio liberorum leue *incommodum* (non *malum* non *grauis caſus*) videri debeat. Cum ſententia: *hoc vno — potuit* in contrariam partem accipi poſſit, quaſi tum denique cumulus ſummo dolori acceſſerit; ſub alia forma eandem refert: *aut qui — aeſtimare.* Sic etiam oratio fit ple nior.

§. 4 — 6. Altera ratio: Nec illius vicem dolere debes, quod his temporibus omnino beati ſunt prae nobis mortui; et mulier non habet, quare ſe viuere optet. Horum alterum explanatius eſt, atque etiam quaedam habet emphatica, vt: *ex hac iuuentute;* rem

lam hoc tempore ad viuendum magno opere inuitare poſ-
ſet? quae res? quae ſpes? quod animi ſolatium? vt cum
aliquo adoleſcente primario coniuncta aetatem gereret?
licitum eſt tibi (credo) pro tua dignitate ex hac iuuentute
generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto com-
6 mittere putares. An vt ea liberos ex ſeſe pareret, quos
cum florentes videret, laetaretur? qui rem a parente tra-
ditam per ſe tenere poſſent? honores ordinatim petituri
eſſent in republica? in amicorum negotiis libertate ſua vte-
rentur? Quid horum fuit, quod non prius, quam da-
tum eſt, ademtum ſit. At vero malum eſt, liberos amit-
tere. malum; niſi hoc peius ſit haec ſufferre et perpeti.
7 Quae res mihi non mediocrem conſolationem attulit, vo-
lo tibi commemorare, ſi forte eadem res tibi minuere do-
lorem poſſit. Ex Aſia rediens, cum ab Aegina Megaram
verſus nauigarem, coepi regiones circumcirca proſpicere.
poſt me erat Aegina; ante Megara; dextra Piraeeus; ſini-
ſtra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentiſſi-
ma fuerunt, nunc proſtrata et diruta ante oculos iacent.
Coepi

§. 5. * *lic. eſt:* cur non *licit. eſſet?* ſequitur *putares*, non *putes*. *credo* declarat, ironice dictum eſſe. ſic ſupra.

§. 6. *per ſe*, non per Caeſarem. ad huius dominationem et calamitates ab eo reip. illatas ſaepius in hac ep. reſpicitur. * *vterentur:* G. et M. cum plerisque *vti*, quod ſtare non poteſt, quin totam hanc ſententiam antecedenti praeponas.

§. 8.

rem *per ſe tenere*. *at vero* — *perpeti* annon melius §phum 3 clauderent?

§phi 7 — 9. poſſunt pro vnius argumenti explicatione haberi, in quo a maiori ad minus fit concluſio haec: Cum magnae vrbes diruantur, et maximi imperii Romani partes interierint; aequiori animo ferre debemus, ſi homo ad bre-

Coepi egomet mecum ſic cogitare: Hem! nos homun- 8
culi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt,
quorum vita breuior eſſe debet, cum vno loco tot oppi-
dum cadauera proiecta iaceant? visne tu te, Serui, cohi-
bere, et meminiſſe, hominem te eſſe natum? Crede mi-
hi, cogitatione ea non mediocriter ſum confirmatus.
Hoc idem, ſi tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. 9
Modo vno tempore tot viri clariſſimi interierunt: de im-
perio praeterea tanta deminutio facta eſt: omnes prouin-
ciae conquaſſatae ſunt. in vnius mulierculae animula ſi
iactura facta eſt, tanto opere commoueris? quae ſi hoc
tempore non diem ſuum obiiſſet, paucis poſt annis tamen
ei moriendum fuit; quoniam homo nata fuerat. Etiam 10
tu

§. 8. *debet:* veroſimile eſt. ex ea notione verbi haec ſententia iudicanda.

§. 9. *deminutio f. eſt:* gentes quidem non defecerunt: ſed tamen vectigalia, maieſtas, ciuium multitudo imminuta. *conquaſſ.* vaſtatae bellis ciuilibus.

§. 10.

breuiorem vitam natus interiit. Quatenus hic locus latius patet, et fragilitatem omnium rerum humanarum attingit, ferri hoc argumentum poteſt. Sed quae in libello Academico *de ingenio poetae et oratoris* de hoc loco ſcripſimus, ea ſcripſiſſe non poenitet. Sunt haec: „Sulpicius — magnum quiddam afferre ſibi videtur, cum dicit: *Hem nos —— iaceant.* Taceo reliqua vitia, de quibus hic dicere nihil attinet: illud primo non eſt obſcurum, deeſſe poſt τὸ *oppidum, quorum interitu non mouemur:* deinde alterum *cum — iaceant* tamquam multo triſtius refertur ad priorem ſententiam *ſi — interiit,* cum tamen vrbium, exterarum praeſertim, occaſu nemo tam grauiter dolere poſſit, quam liberorum obitu.“ Melius certe auctor multorum parentum luctus in bellis ciuilibus attuliſſet, amplificata etiam illa ſententia: *quae ſi h. t.* etc. Placet tamen illud, quod regiones et oppida quodammodo oculis ſubiiciuntur, quod rurſus animum a doloris cogitatione auocat, et orationem variat.

tu ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam auoca, atque ea potius reminiſcere, quae digna tua perſona ſunt: illam, quamdiu ei opus fuerit, vixiſſe; vna cum republica fuiſſe; te patrem ſuum praetorem, conſulem, augurem vidiſſe; adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe; omnibus bonis prope perſunctam eſſe; cum respublica occideret, vita exceſſiſſe. Quid eſt, quod aut tu, aut illa, cum
11 fortuna hoc nomine queri poſſitis? Denique noli te obliviſci Ciceronem eſſe, et eum, qui aliis conſueris praecipere et dare conſilium: neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinae ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt; ſed potius, quae aliis tute praecipere ſoles, ea tute tibi ſubiice, atque apud animum

pro-

§. 10. * *ac cog. t. auoca:* Hanc Ern. ſcripturam ſecutus ſum, quod meliorem non reperi. Libri pro *ac* habent *ad;* et pro *auoca* multi cum G. et M. *aduoca.* *adoleſcentibus prim.* Piſoni, Craſſipedi, Dolabellae.

§. 11. * *imitari:* ſic Magd. et defendit Manutius, vt intelligatur ex *noli* affirmatiuum *velis.* Ern. prius *tute* inſititium putat: et abeſt ab editt. Venetis antiquiſſimis.

§. 14.

§. 10. Quartum argumentum a mortis opportunitate ductum parum a ſecundo differt: nouitatis autem ſpecie commendatum non agnoſcitur. Paullo tamen plus hic aſſerit auctor, cum verbis planum facere conatur, non modo non iniquum fuiſſe, Tulliam mori, ſed valde conſentaneum; et ita oportuiſſe. *τὸ fuiſſe*, non placet. malim *floruiſſe*, praeſertim cum verbis: *te p. — perſ. eſſe* ſic declaretur, quibus rebus floruerit.

§phus 11. continet ſententiam transitioni accommodatam. Eam quidem optauerim ad finem epiſtolae prolatam eſſe, vt aliae rationes intelligantur, non eae, quae §. 12. afferuntur diſerte. nam cum ſequantur conſolandi formulae Ciceroni familiares, irridentis magis, quam conſolantis ea videntur. *Denique* hic et §. 13. poſitum docet, Seruium non diligenter commentatum eſſe, ac diſpoſitionem quandam feciſſe, ſed prioribus adieciſſe, vt quidque in mentem venerit, et §pho 12 epiſtolam voluiſſe finire: quo magis eius facultatem admirari debemus.

propone. Nullus dolor eſt, quem non longinquitas tem- 12
poris minuat ac molliat. hoc te exſpectare tempus tibi
turpe eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occurrere. Quod
ſi quis etiam inferis ſenſus eſt; qui illius in te amor fuit
pietasque in omnes ſuos, hoc certe illa te facere non vult.
da hoc illi mortuae; da ceteris, amicis ac familiaribus,
qui tuo dolore moerent; da patriae; vt, ſi qua in re opus
ſit, opera et conſilio tuo vti poſſit. Denique, quoniam 13
in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis ſer-
uiendum ſit, noli committere, vt quisquam te putet non
tam filiam, quam reipublicae tempora et aliorum victo-
riam lugere. plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne
videar prudentiae tuae diffidere. Quare ſi hoc vnum pro- 14
poſuero, finem faciam ſcribendi. Vidimus aliquoties ſe-
cundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex
ea re te laudem adipiſci: fac aliquando intelligamus, ad-
ver-

§. 14. * *adipiſci* Magd. cum infinitis pro *apiſci*. τὸ *aeque* idem in textu non habet: ſed in marg. eadem manu inculcatum. Aut hoc aut antec. *quoque* ad tollendam tautologiam Ern. deleri volebat; nec iniuria in tam ſubtili ſcriptore. Sed videtur τὸ *aeque* eundem gradum conſtantiae et firmitudinis exprimere, vt non ſolum *non gravate* ſed *pulcherrime* aduerſam fortunam ferat.

§pho 12. efferuntur illae Ciceronis conſolationes per congeriem, quia incaleſcit oratio, et ad finem properans aculeos relinquere debet. *a*) turpe eſt ſapienti temporis longinquitate dolorem deponere: *b*) Tullia ipſa te dolere non vult: *c*) nec amici et familiares: *d*) nec patria. Non adiicit ſuo loco: *da mihi*, eo modeſtius et breuius. Alio loco id copioſe adhiberi, et recte quidem, poteſt. Cfer bellam Lucceii epiſtolam §. 4. Poſtremo rurſus de ſuo duas rationes §phis 13. et 14 profert. *α*) Caue, ne Caeſar et Caeſariani tuum moerorem in aliam partem interpretentur, te ſcil. illorum victoriam lugere. *β*) Fac intelligamus te virum fortem eſſe. De prima prudenter paucis: alteram magna cum laude Ciceronis, vt, cum per ſe offendere poſſit, laudis delectatio moleſtiam tacitae reprehenſionis compenſet.

versam quoque te aeque ferre posse, neque id maius, quam debeat, tibi onus videri; ne ex omnibus virtutibus haec vna tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliorem animo esse cognoro, de iis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque se prouincia habeat, te certiorem faciam.

SER. SVLPICII EPIST. II.

(ad diu. IV. 12.)

M. Marcelli a Magio interfecti mortem et funus a se curatum nuntiat.

SERVIVS CICERONI SAL. PLV.

Etsi scio, non iucundissimum nuntium me vobis allaturum; tamen, quoniam casus et natura in bonis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet,

§. 1. * Secutus sum Bengelii inscriptionem, quia vestigia quaedam veteris scripturae ostendit. In Magd. minus nitidis minoribusque litteris, sed bene expressis, hoc notatur: *S'. sulp c s p̄ vbis dicit.* nec dubito, quin scripserint interdum: *salutem pluribus verbis* pro *sal. plurimam.* *vobis*, tibi, C. Marcello, et aliis M. Marcello propinquis et amicis, quibus hoc nuntiandum est. *casus*, qui mortem per vim externam affert, vt in Marcello: *natura*, qua omnibus moriendum est. *in bonis*, non probis hominibus in vniuersum, sed libertatis

Exhibet epistola narrationem absolutam et perfectam, vt de toto facto iudicari possit, et ex hac parte commendabilem, quod certo consilio scripta est. Nempe declarauit Sulpicius simul, quanti et ipse Marcellum faceret, et quanti idem a Cicerone reliquisque merito fieret.

§. 1. Prudenter et humaniter in prooemio lecturos ad cognoscendum illum casum praeparat.

ret, vos certiores facere. A. d. X. Kal. Iun. cum ab Epi- 2
dauro Piraeeum naui aduectus essem; ibi Marcellum collegam nostrum conueni, eumque diem ibi consumsi, vt
eum eo essem. Postero die, cum ab eo digressus essem, 3
eo consilio, vt ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamque iurisdictionem absoluerem; ille, vti aiebat, supra
Maleas in Italiam versus nauigaturus erat. Postridie eius 4
diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter hora decima noctis P. Postumius familiaris eius ad me venit, et mihi nuntiauit, M. Marcellum collegam nostrum post coenae tempus, a P. Magio Cilone, familiari eius, pugione percussum esse, et duo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen, eum viuere posse: Magium seipsum interfecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nun-

tatis publicae amantibus, quorum aliquos paullo ante morbo mortuos esse credere licet, vt hoc cum indignatione proferatur. * *cert. facere* fort. *c. facerem.*

§. 3. *ab Athenis:* indicat, sibi in Boeotiam quidem iter fuisse, voluisse tamen Athenis aliquid temporis consumere. *iurisd. absoluerem:* caussas litigantium Boeotiorum, apud quos nondum fuissem, dirimerem.

§. 4. * *eius diei* in paucis mss. leguntur: in G. et M. ad marg. vt omissa et genuina notantur. Praemittitur in G. *igitur*, vt de eodem die dici, et priora quasi in parenthesi dicta intelligas. *Bengelius* interpretamentum videtur afferre, *post diem tertium ei. diei. colle-*

§phi 2 et 3. paullatim propius ad rem deducunt, narrationem pleniorem faciunt, et demonstrant simul, securos nihil tale timuisse, nec sibi cauere potuisse.

§phis 4 et 5, in ipso facto, propter rei grauitatem, ne alium Marcellum intelligant, rursus additur *collegam nostrum;* et tempus singulatim vbique indicatur.

5 nuntiaret, et rogaret, [vti] medicos [cogi] coëgi, et
e vestigio eo sum profectus. prima luce, cum non lon-
ge a Piraeeo abessem, puer Acidini obuiam mihi venit
cum codicillis; in quibus erat scriptum, paullo ante lu-
6 cem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab
homine teterrimo acerbissima morte est affectus: et, cui
inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est ami-
7 cus, qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernacu-
lum eius perrexi. inueni duos libertos, et pauculos ser-
vos. reliquos aiebant profugisse, metu perterritos, quod
dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coa-
ctus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram,
meisque lecticariis in vrbem eum referre: ibique pro ea
copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum facien-
dum

collegam n. in consulatu ante sex annos. * *vti m. c. Coëgi*: in paucis mss. post *medicos* legitur *cogerem.* In Gorl. pro illis omnibus: *medicos cogi.* In Magd. *vti medicos cogerem et cogi*: sed alia manu super *cogi* additum *e.* in hoc videtur duplex lectio expressa. Facilis inde coniectura: *medicos cogi. coëgi.* Sed prope malim, vncis inclusa tolli.

§. 5. *Acidini*, qui erat, vt videtur, legatus Sulpicii.

§. 6. * *teterrimo:* Magd. cum plerisque, opinor, *deterrimo,* quam lectionem optimi editores secuti sunt, quod valde miror. quis enim tam foedum hominem *minime bonum* (is est enim *deterrimus*) appellauerit? *inimici:* vnus Caesar.

§. 7. *copia:* apparatu splendoris quamquam exiguo. nam deerant fortasse vnguenta, vestes pretiosae etc. vt in vrbe minus splendida

§. 6. Prior pars epiphonematis declamatoria videtur: certe pro *acerbissima* morte malim verius dictum *indignissima.* altera tanto melior est; in qua cum de vno Caesare intelligi velit, verecunde et prudenter *inimicos* dicit.

dum curaui. Ab Athenienſibus, locum ſepulturae intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam conceſſerant. quod proximum fuit, vti, in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiae locum delegimus, ibique eum combuſſimus; poſteaque curauimus, vt iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quae noſtra officia fuerunt, pro collegio et propinquitate, et viuo et mortuo omnia ei praeſtitimus. Vale. D. pr. Kal. Iun. Athenis.

8 (beside line 1); 9 (beside "ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quae noſtra of-")

C. TRE-

dida et luxurioſa: ſaltem non aderant amici, propinqui et imagines maiorum.

§. 8. *nobiliſſ.* ob Platonem, qui in eo docuerat.

§ho 9. Reliquis miſſis de clauſula tantum dicemus, optime eam cadere et ſententiam quoque continere aptam; amorem tamen et deſiderium aut dolorem non magnopere ſpirare: ſed quaſi tu dicas: *tranſacta iam omnia; dimittendus dolor; dimittendus ex animo amicus!* Quamobrem vellem, paullulum tantum addidiſſet, quoad in epiſtola licet, de longo omnium bonorum deſiderio, aut de tanta reipublicae iactura, aut de eius apud poſteritatem laudibus; aut ipſi clauſulae ſimilem ſententiam interieciſſet vel vno verbo.

C. TREBONII EPISTOLA.

Coniectura de eius ingenio, et oratione.

C. Trebonium doctum et disertum fuisse hominem, multis argumentis docere possumus, sed quae magis numero fortasse, quam pondere valent. Annumeremus ergo lectori. 1) Cicero ei tribuit *ingenium* Phil. XI. 4. quod tamen ad res gerendas magis videtur pertinere, quam ad dicendum aut scribendum. 2) Idem mittit ei *Oratorem* suum ad diu. XV. 20. vnde intelligamus, eum oratoriae operam dedisse, aut ea certe delectatum esse. 3) Commemorat idem epistolam eius *copiose et suauiter* scriptam ad diu. XV. 21. 4) Iudicarat Trebonius de iudicio Ciceronis, quod Caluum oratorem plus, quam pro merito, laudasset: et Cicero ibid. ita se defendit, vt Trebonio re ipsa concedat. 5) Defendit Ciceronem *concionibus*, vt ibid. legimus. 6) Scripsit in mediis occupationibus librum de dictis Ciceronis, quem librum credere licet non fuisse inficetum. 7) Vnum eius dictum versibus expressit. 8) Sperauit, se dialogo Ciceronis adiunctum iri: quod rudis homo petere aut sperare ausus non esset. 9) Agmen claudat epistola eius, de cuius laude bis dicere nihil attinet. Tantum dicam, ex hoc specimine desiderio nos affici, vt doleamus, non plura eius cuiuscunque generis scripta ad nostram aetatem peruenisse. Paucis maculis si non offendimur, vbi plurima nitore delectant; agnoscere debemus, eius scribendi genus fuisse apertum, simplex, aequabiliter riuuli instar labens, vrbanum etiam, nec sine gratia; arte et iudicio ita temperatum, vt cogitationem artemque vix sentires.

(Ad

(ad diu. XII. 16.)

Ciceroni patri gratulatur de filio, quem optimis ſtudiis deditum Athenis offenderat, oſtenditque, eum etiam in Aſia, quam viſere volebat, ſtudia proſecuturum. Verſus mittit in ciuem improbum a ſe conſcriptos: et in libro de Caeſaris interitu ſui petit rationem habeat.

TREBONIVS CICERONI S.

S. V. B. E. Athenas veni a. d. XI. Kal. Iun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum, deditum optimis ſtudiis, ſummaque modeſtiae fama.
2 Qua ex re quantam voluptatem ceperim, ſcire potes etiam me tacente. non enim neſcis, quanti te faciam, et quam pro noſtro veterrimo veriſſimoque amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam.
3 Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo, atque adeo noſtro, (nihil enim mihi a te poteſt eſſe ſeiunctum;) aut amabilius omnibus iis, qui Athenis ſunt, eſt, aut ſtudioſius earum artium, quas tu

Prima particula §. 1 - 4. eſt ad laudandum filium et ad aucupandam patris gratiam aptiſſime compoſita. Res eſt modice amplificata, ſententiis ad cauſſam pertinentibus bene nexa, verbis ſine pigmento per ſuam proprietatem iucundis. Cum nihil aliud Trebonius, niſi vel ſuum teſtimonium vrgere, vel prouocare ad aliorum poſſet: vtrumque fecit; ſed callide illud ſaepius, hoc ſemel, et obſcurius verbis: *nihil amabilius — ſunt.* De itinere Aſiatico §. 5 et 6. excuſat hominem, vt Plancus fratrem ſuum ep. VII. §. 3. culpam in ſe ſuſcipiens. Sed Plancus grauius et diligentius, vt in re maioris momenti.

§. 2. *ſunt, eſt:* infeliciter diuulſae ſunt ſententiae, vt haec monoſyllaba in fine ſenſus numeros frangerent.

4 tu maxime amas, hoc eſt, optimarum. Itaque tibi, quod vere facere poſſum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis; quod eum, quem neceſſe erat diligere, qualiscumque eſſet, talem habemus, vt libenter quoque
5 diligamus. Qui cum mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere; non modo inuitatus, ſed etiam rogatus eſt a me, vt id potiſſimum nobis obtinentibus prouinciam faceret. Cui nos et caritate et amore tuum officium
6 praeſtaturos, non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curae, vt Cratippus vna cum eo ſit, ne putes, in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quae tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illum paratum, vt video, et ingreſſum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius, diſcendo exercendoque ſe, proce-
7 dat. Vos quid ageretis in republica, cum has litteras dabam,

§. 3. *qui Ath. ſunt* Romanis, non Athenienſibus.

§. 5. *n. obtin. prou.* nam in Aſiam poſt necem Caeſaris miſſus erat a ſenatu. cf. Antonii ep. I. §. 1. *caritate*: hoc verbum idem fere valet, quod *pietas*. v. Cic. partit. or. c. 25. ſed in hoc magis exprimitur reuerentia et cultus; in illo inſignior quaedam beneuolentia. Significat autem Trebonius, ſe *patris* perſonam ſuſcepturum eſſe. *amore:* hoc generaliori nomine officia omnia promittit.

§. 6. *paratum* v. anal.

§. 7. * *ageretis*: Gorl. et Magd. *egeritis;* male. de praeterito tempore vix poteſt eſſe ſermo: et dicendum potius eſſet, *egiſſetis*. *turbulenta* de

§. 6. Offendit multos: *feriatum futurum;* quod puto ferri poſſe, ſiue *feriatum* participium eſt, ſiue ſupinum. mollius tamen eſſet, ita in fine poni: *incitatus fuit, iturum.* Non ſatis placet τὸ *paratum.* Metaphora videtur a militibus iter facientibus ducta, in quibus nulla laus eſt, ſi in itinere parati ſunt, ſed ſumma turpitudo, ſi non ſunt.

bam, non ſciebam. Audiebam quaedam turbulenta,
quae ſcilicet cupio eſſe falſa, vt aliquando otioſa libertate
fruamur; quod vel minime adhuc mihi contigit. Ego 8
tamen, nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti,
concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo; et dictum
cum magno noſtro honore a te dictum concluſi, et tibi
infra ſubſcripſi. In quibus verſiculis ſi tibi quibusdam ver- 9
bis εὐθυῤῥημονέστερος videbor; turpitudo perſonae eius, in
quam liberius inuehimur, nos vindicabit. Ignoſces etiam
iracundiae noſtrae; quae iuſta eſt in eiusmodi et homines
et ciues. Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit aſſumere 10
libertatis, quam nobis? cum, etiamſi odio pari fuerit in
eos, quos laeſit, tamen certe non magis dignos habuerit,
in

de Antonio, qui armis tyrannidem ſtabilire volebat. * *contigit:* G. et M. *contingit*.

§. 8. *ex inſt. meo:* nam libro peculiari collegerat dicta Ciceronis, ad diu. XV. 21. *dictum — ſubſcr.* dicterium a te prolatum — verſibus expreſſi, et id breue poëma epiſtolae ſubiunxi. Si proſa oratione Trebonius id dictum retuliſſet, non ſic loqueretur, nec ſe otio ad eam rem opus habuiſſe diceret, quam Cicero melius ex tempore. Etiam *concinnandi* multoque magis *concludendi* verbum, et quod ſe cum Lucilio comparat, docet, epigramma ſatyricum fuiſſe.

§. 9. *perſonae* Antonii ſcil. Saltem in hunc res optime conuenit.

§. 11.

§. 8. *dictum dicere* vſitatum eſt, nec per ſe offendere debet; et habet Cicero de Or. II. 60. *tibi infra ſubſcr.* Simile eſt Vat. ep. I. §. 4. non inuſitatus ergo pleonaſmus.

§. 10. Interrogatio non placet: aptius videretur: *neque magis hoc Luc.* etc. Ern. „in (ſequenti) ſententia eſt aliquid duri. Debebat enim dicere: etſi odio maiori fuit in eos — tamen hi non magis digni odio etc. fuere. ita reſponderet iſtis: *qui hoc m. — quam nobis.*“

11 in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu, ſicut mihi pollicitus es, adiunges me quam primum ad tuos ſermones. Namque illud non dubito, quin, ſi quid de interitu Caeſaris ſcribas, non patiaris me minimam partem et rei et amoris tui ferre. Vale, et matrem meosque tibi commendatos habe. D. VIII. Kalendas Iunias, Athenis.

P. VA-

§. 11. *adi. — ſermones*, me induces loquentem in aliquo dialogo. *namque — dubito*, nec a te peto, quod ſponte facturus es. *rei*, vt oſtendas, meam operam in occidendo Caeſare praecipuam fuiſſe: *amoris tui*, laude magna mihi tribuenda.

§. 11. Hic nihil vituperandum. Verbis ſunt omnia latine dicta, ſententiis breuiter, acute, et cum ſpecie pudoris. Reprehendit Strothius epp. ſelectt. p. 222. inter alia: *adiunges — ſermones*; in quibus verbis quid ille vitii deprehenderit, ego non aſſequor.

P. VATINII EPISTOLAE.

Coniectura de eius ingenio et oratione.

P. Vatinius in oratorum numero non fuit: et si quam in dicendo aut scribendo, vti videtur, facultatem habuit; magis ingenio et vsu aliquo, quam studio et disciplina eam assecutus est; neque ex ea re laudem quaesiuit: alias de hac re Cicero in oratione contra ipsum habita taciturus non fuisset, cum etiam Pythagoricam eius tetigerit philosophiam; et cum Antonii eloquentiam in simili caussa valde exagitauerit. Neque vero alii scriptores Vatinium in hanc partem vel laudant vel vituperant. Quare etsi Manutius ex Plutarcho refert, a Cicerone ob strumam *inflatum oratorem* vocatum esse; tamen hoc in dicti gratiam fieri potuit, ita vt in eo dicto posterioris verbi non magnum, vel nullum potius momentum sit. Denique haec est iudicii nostri summa, vt statuamus, eum sine artis ostentatione aut professione arti conuenienter scripsisse, natura et vsu qualicunque institutum. Quod si non modo ad vsum vitae aliquam eloquendi facultatem secutus est, sed etiam in lucem publicam aliquid protulit; cum insigniorem laudem non mereretur, vituperatorum autem vrbanitatem effugere sciret, (v. Seneca de const. sap. 17) factum est, vt veteres de hac eius quantacunque virtute in neutram partem aliquid proderent.

P. VA-

P. VATINII EPIST. I.

(ad diu. V. 9.)

Ciceroni dignitatem ſuam contra maleuolos defendendam, id eſt, impetrandas a ſenatu ſupplicationes commendat.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S. D.

S. V. B. E. E. V. Si tuam conſuetudinem in patrociniis
tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro ſe
cauſſam dicier vult. non, puto, repudiabis in honore,
2 quem in periculo recepiſti. Ego autem quem potius
adoptem aut inuocem, quam illum, quo defendente vincere didici? An verear, ne, qui potentiſſimorum hominum conſpirationem neglexerit pro mea ſalute, is pro honore meo puſillorum ac maliuolorum obtrectationes et in-
3 vidias non proſternat atque obterat? Quare, ſi me, ſicut
ſoles, amas; ſuſcipe me totum, atque hoc, quidquid eſt, oneris ac muneris pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſti-
4 nendum puta. Scis, meam fortunam, neſcio quomodo,
facile

§. 1. *in p. tuendis:* in officiis, quae clientibus debentur, praeſtandis. *in hon.* cum ſupplicationes ſibi decerni vult ep. II. §. 5. *in peric.* Cicero eum in cauſſa capitis defenderat rogatu Caeſaris.

§. 4.

Bene ſcripta epiſtola. Allegorice cum lepore caput argumenti proponitur, verbis, quae formulam antiquam ſolemnem ſapiunt, qua cauſſa in foro agenda ad patronum deferretur: *P. Vat. — vult.* Commode deinceps, quae ad rem: quae ab vtriusque perſona ducta ſunt.

Excerpimus praeterea haec. §. 2. *inuidias*, plurali numero, audacter! Sed vbi magis iocoſe, quam ſeuere agitur, poſt alium pluralem, mirificam vim habet; et auda-

faсile obtrectatores inuenire, non meo quidem mehercule merito; ſed quanti id refert, ſi tamen fato, neſcio quo, accidit? Si quis forte fuerit, qui noſtrae dignitati obeſſe velit, peto a te, vt tuam conſuetudinem et liberalitatem in me abſente defendendo mihi praeſtes. Litteras ad ſenatum de rebus noſtris geſtis, quo exemplo miſeram, infra tibi perſcripſi.
5 Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus cum Vardaeis eſſe: de quo tu mihi nihil mandaſti. ego tamen, terra marique vt conquireretur, praemandaui: et profecto tibi illum reperiam, niſi ſi in Dalmatiam aufugerit. et inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. A. d. V. Idus Quintiles, ex caſtris, Narona.

P. VA-

§. 4. * *mehercule:* G. et M. pro *mehercules.* *conſu. et lib.* v. anal.

§. 5. *tuus ſeruus*, de quo etiam ad diu. XIII. 77. * *A. d. V. Id. Q.* libri quidam h. l. notas inuſitatas et incognitas afferunt, vt Gorl. *I. d. V. d. quentiles*, et Magd. *I. d. V. I. d. quintiles.*

audaciam leporis ſpecies excuſat.

§. 4. tautologa ſunt: *neſcio quom.* et *fato n. quo:* accedit *non meo merito*, pro quo ſaltem clarius dixeris: *quos ego quidem non laceſſo.* *conſu. et lib.* poſterior vox priorem magis definit. Similia ſunt Cic. Verr. II. 66. ad diu. X. 28. XV. 1. quo loco male *manſuetudinem* contra libros ſcripſerunt. (Magd. ibi: *neceſſitudinem.*)

in me — praeſtes: melius, opinor, ſic: *in me def. mihi etiam abſenti pr.*

§. 5. *tuus ſ. a. fug.* videatur horum verborum vnum alterumue ſuperfluum eſſe: ſed oſtendit V. accurate definiendo ſeruo, ſe probe noſſe, quamquam Cicero de eo nihil mandarit. Rem ipſam ideo affert, vt Ciceronem officio ſponte oblato prouocet, vt eo libentius in ſenatu cauſſam ſuam tueatur.

P. VATINII EPIST. II.

(ad diu. V. 10.)

Agit de ſeruo fugitiuo Dionyſio; de Catilio capto, cui ignoſci non vult; de rebus a ſe geſtis, et ſupplicationibus ſibi decernendis.

VATINIVS CICERONI SVO S. D.

S. V. B. E. E. Q. V. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico; et eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. ſed tamen non
2 deſiſtam, quin illum aliquando eruam. Sed tu omnia mihi dura imperas. De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimae. Apage te cum noſtro Sexto Seruilio. nam mehercule ego quoque illum amo. ſed huiusmodi vos clientes, huiusmodi cauſſas recipitis? hominem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuos, ma-

§. 2. * *Sed tu* Ern. repoſuit certiſſima emendatione pro *ſed tamen.* *Catilio* duce Dalmatarum rebellium, qui non ignobilis ciuis Romanus videtur fuiſſe. *S. Seruilio*, cuius nomine et rogatu Cicero apud Vatinium pro Catilio deprecatus erat. * *ego quoque ill.* hoc ordine Gorl. et Magd. pro *ego ill. q.* Neque tamen ob hos codd. ſed quia ſic oportet, particulam in ſuum locum transtuli, quae ſemper

Melior pars epiſtolae conſumitur in Catilii cauſſa: de reliquis non tanti eſt dici. Hic ex iracundia grauiter, et quae ad exaggerandam hominis crudelitatem valent; prudenter tamen, nec minus amice aduerſus Ciceronem.

§. 2. *noſtro S. S.* belle! Scripſerat ſine dubio Tullius: *meus Seru.* et ſic venuſte dicit, ſe beneuolentia non eo adduci, quo Cicero adducatur, vt homini crudeliſſimo ignoſci velit. Cogitate illa ſcripta: *ciues R. occidit, matresf.*

matresfamilias, ciues Romanos occidit, arripuit, diſper-
didit, regiones vaſtauit? Simius, non ſemiſſis homo,
contra me arma tulit, et eum bello cepi. Sed tamen, 3
mi Cicero, quid facere poſſum? Omnia mehercule cupio,
quae tu mi imperas. Meam animaduerſionem, et ſup-
plicium, quo vſurus eram in eum, quem cepiſſem, re-
mitto tibi et condono: quid illis reſpondere poſſum, qui
ſua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, pa-
rentes occiſos actione expoſtulant? Si mehercules Appii
os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamen hoc
ſuſtinere non poſſem. Quid ergo eſt? faciam omnia ſe- 4
dulo, quae te ſciam velle. Defenditur a Q. Voluſio, tuo
diſcipulo; ſi forte ea res poterit aduerſarios fugare. in
eo maxima ſpes eſt. Nos, ſi quid erit iſtic opus, defen- 5
des. Caeſar adhuc mihi iniuriam facit: de meis ſupplica-
tionibus et rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert; quaſi
vero non iuſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim.
Nam ſi hoc exſpectandum eſt, dum totum bellum confi- 6
ciam; viginti oppida ſunt Dalmatiae antiqua; quae ipſi
ſibi

per poſtponitur verbo primario, quod h. l. ex oppoſitione *ego* eſt. Recentiores ſaepe hanc particulam alieno loco ponunt, adeoque non dubitant ab initio eam ponere, id eſt, poſt *nam*, *vt*, *quod* et alias voculas nullius momenti.

§. 3. * *omnia meh.* Gorl. et Magd. cum aliis addunt *quidem.* *actione:* de hoc et de *cepi* §. 2. vid. ad Metell. Nep. §. 1.

§. 4. *Quid e. eſt?* vid. ad Coelii ep. XII. §. 3.

§. 6. *quae ipſi — ſexaginta:* quae vero *Dalmatae* (hi ſunt *ipſi*) rebelles in confiniis ad ſuas partes pertraxerunt, eorum ſunt ampl.

tresf. arripuit, *ingenuos diſperdidit.* ſic enim verba referuntur.

§. 5. *Nos ſi q.* imo *Tu nos* etc.
§. 6. *expugno:* imo *expugnaro.*

ſibi adſciuerunt, amplius ſexaginta. haec niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur; longe alia conditione ego ſum, ac ceteri imperatores.

---

7 Ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus ſum: ſex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc, quod erat maximum, quater a me iam captum: quatuor enim turres et quatuor muros cepi, et arcem eorum totam: ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt; indigneque, mi Cicero, oppidum captum et bel-
8 lum iam confectum relinquere ſum coactus. Quare te rogo, ſi opus erit, ad Caeſarem meam cauſſam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes; hoc exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Data Non. Decembribus, Narona.

EPI-

ampl. etc. * *ipſi* legitur in omnibus codd. nec vlla eſt cauſſa corrigendi.

§. 7 et 8. videtur eſſe fragmentum epiſtolae aliquanto poſt miſſae. * *ſex* malim abeſſe, vt *vi* ortum ſit ex numero VI. * *vnum hoc*: vereor, ne τὸ *hoc* ortum ſit ex oppidi nomine, v. g. *Docleam*. Durius eſt Naronam intelligere.

EPISTOLAE,

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR,

SVNT:

20) P. Lentuli Spinth.	II.
21) M. Lepidi	II.
22) L. Lucceii	I.
23) Cn. Magni	VII.
24) M. Marcelli	I.
25) C. Matii et C. Trebatii	I.
26) C. Matii	I.
27) Q. Metelli Cel.	I.
28) Q. Metelli Nep.	I.
29) L. Planci	XI.
30) C. Pollionis	III.
31) Ser. Sulpicii	II.
32) C. Trebonii	I.
33) P. Vatinii	II.

IN-

INDEX

RERVM ET VERBORVM QVORVNDAM, QVAE IN COMMENTARIIS TRACTANTVR.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

Finem

Mar-

Prae-

* Te-

V.

Z.

LIPSIAE,

TYPIS PEZOLDII.

Addenda et corrigenda quaedam.

Pag. 5. lin. 13. excoli tamen: *lege:* excoli tamen eam.
Pag. 10. lin. 10. poſſumus: *lege:* poſſimus.
Pag. 11. lin. 26. tamem: *lege:* tamen.
Pag. 31. Quod ſcripſi in notis ad §. 7. de verbi *veniſtis* ambiguitate, id nihili eſt. Saepius ſic apud Ciceronem Verr. II. a verbo *venundi* dicitur *veniſſe* et *veniſſent;* neque credibile eſt, haec vbique e compendio ſcribendi eſſe orta. Sed reliqua non muto. Si verbo *veniſtis* auctor ſententiam terminaſſet, Cicero arripuiſſet hanc vocem, vt aliquod dictum inde eliceret: certe excepiſſet hanc epiſtolae particulam verbo: *venierunt* — ?
Pag. 32. Poenitet, quod non defendi Antonium de vſu verbi *elegans* §. 9. cum Cicero ipſe tam ſaepe ſimili ſenſu vſurpet. vid. ad diu. III. 7. Caecil. c. 17. Pro Planc. c. 12. Pro Sull. c. 28. Verr. III. 60.
Pag. 60. lin. 5. expl. melior locus afferri poterat ex Cic. Brut. c. 33 init.
Pag. 90. in expl. §. 3. poſui *Iam* pro *Nam*. Sed ſi locis certis, de quo dubito, doceri poteſt, particulam *nam* transeundi vim habere, vt Ern. ſtatuit ad Verr. V. 20. vulgata lectio reuocanda eſt.
Pag. 96. lin. 18. ponendum eſt inciſum poſt *cum*.
Pag. 190 in notis lin. 8. adde: §. 12. Pertinent ea, quae ſequuntur, ad paginam 191.
Pag. 229. In notis ad Dolabellae ep. §. 3. volui ſcribere pro *infimo* legendum videri *infirmiſſimo*, quod, neſcio qua dubitatione deterritus, non poſui. Cum haec verba permutentur ap. Ciceronem Piſ. c. 26. hanc coniecturam lectori acutiori perpendendam transmitto. Sic *infirmiſſimo* mea ſententia pertineat ad exteros multorum bellorum imperatores.
Pag. 250. lin. 4. ponendum eſt poſt verbum *ipſorum* inciſum.
Pag. 366. ad §. 2. anal. non adeo audacter dictum iam videtur *inuidias*. Sic Cicero Cluent. 56. *inuidiarum:* Sull. 27 *audacias:* Verr. II. 14. *inſanias:* III. 4. *induſtrias:* Caecin. 34. *ignominias:* Brut. 67. *ſtultitias* etc.

Sequentium, ad archaeologiam veterumque linguas spectantium librorum copia prostat in omnibus librariis.

Anthologie, kleine homerische, zum Nutzen der studierenden Jugend 8. 787. 5 gr.

Antons, Conrad Gottlob, treue Uebersetzungen lateinischer, griechischer und hebräischer Gedichte in den Versarten der Originale; nebst einer Abhandlung von der genauesten Nachahmung des alten Sylbenmaasses, deren unsre Sprache in treuen Uebersetzungen fähig ist, 8. 772. 10 gr.

Anacreontis carmina, cum lectionis varietate, curavit Joh. Ludolph Holst. 8. maj. 782 12 gr.

Aristophanis aves, graece, recensuit et illustravit Chr. Dan. Beck, 8. maj. 782. 12 gr.

Bartholomäi, J. Chr., vom Genus der lateinischen Nominum substantivorum nach Anleitung der Cellarius-Gesnerischen Grammatik berichtigt, 8. 788. 1½ gr.

Bröders, Christ. Gottl. praktische Grammatik der latein. Sprache, nebst einem Anhange, gr. 8. 787. 16 gr.

Der Anhang wird besonders verkauft unter dem Titel: Lectiones latinae, delectandis excolendisque puerorum ingeniis accommodatae, 8. maj. 4 gr.

Ciceronis, M. T. Tusculanarum disputat. libri V. ex recens. F. A. Wolfii, adiuncta diversit. lectionis Ernestianae, 8. 14 gr.

Euripidis Cyclops, graece, edidit et perpetua adnotatione illustravit M. I. G. Chr. Hoepfner, 8 maj. 789. 1 rthl.

—— der Römer, zur Erklärung ihrer classischen Schriftsteller, 2 Th. mit 1 Charte. 8. 787. 790. 2 rthlr. 4 gr.

Hand-

Handbuch zur Kenntniß des griechischen Alterthums, in geographischer, mythologischer, historischer, genealogischer, litterarischer Rücksicht, zum Gebrauch für die Jugend beim Lesen der Alten bearbeitet. Mit 2 Charten, 8. 789. 1 rthlr. 12 gr.

Homers Odyssee, erster Gesang, griechisch mit Anmerkungen von C. S. ein Versuch, 1stes Stück, 8. 790. 6 gr.

Horatii, Q. Flacci, Libri primi carmen quartum adnot. perpetua et observat. criticis instr. edendorum eiusdem operum spec. loco proposuit Christ. Guil. Mitscherlich 8 maj. 2 gr.

Lycophronis Cassandra, cum versione et commentario Guil. Canteri, Paraphrasin, notas, indicem graecum, e scholiis auctum, adiecit, ac praefatus est H. G. Reichardus, 8. maj. 788. 1 rthlr. 12 gr.

Schreibp. 1 rthlr. 18 gr.

Manutii, P., commentarius in M. Tullii Ciceronis epistolas ad diversos, ad Q. fratrem et ad Brutum, 8. maj. Tom. I et II. 779. 780. 2 rthlr. 20 gr.

Münch, J. J. Wilh., Versuch über die Gränzen der Aufklärung unter den Römern, gr. 8. 789. 1 rthlr. 4 gr.

Lehmus, Chr. Balth., kurzgefaßte praktische Syntax für angehende Lateiner, neben der größern Bröderischen praktischen Grammatik zu gebrauchen, gr. 8. 789. 6 gr.

Reichard, M. H. G., Nachahmung von Lycophrons Cassandra, zu mehrerer Empfehlung des Originals, gr. 8. 788. 1 gr.

— — Gustaviados libri XII. poemation epicum germanicum sub titulo: der Grenadier oder Gustav Schnurrbart carmine latino, 8. 790. 6 gr.

Reizii, Fr. Volg., de Prosodiae graecae accentus inclinatione, additum est eiusdem Carmen, saeculum ab inventis clarum. Editio repetita curante Fr. Aug. Wolfio. 8 maj. 12 gr.

Schmidt,

Schmidt, Chr. Heinr., Kommentar über Horazens Oden, 1r Band, gr. 8. 789. 1 rthlr. 12 gr.

Schneiders, J. J., Anmerkungen über den Anakreon, gr. 8. 770 16 gl.

Schotts, Andr. Heinr. über das Studium des Homers in niedern und höhern Schulen, 8. 783. 20 gr.

Scriptores VI. historiae Augustae, Ael. Spartianus, Jul. Capitolinus, Ael. Lampridius, Vulc. Gallicanus, Trebell. Pollio, Flav. Vopiscus, 8. maj. 2 rthlr.


ANAGNOSTIRIO